LINGUAE SYRIACAE

GRAMMATICA

ET

CHRESTOMATHIA CUM GLOSSARIO

SCHOLIS ACCOMMODATA

Auctore Henrico Gismondi S. J.

Editio altera

BERYTHI PHŒNICIORUM

TYPOGRAPHIA PP. SOC. JESU

1900

GRAMMATICA

AUCTOR LEGENTIBUS SALUTEM.

In hac opella condenda id mihi propositum fuit facilem addiscendi viam syriacæ linguæ studiosis sternere. Penitiorem hujus idiomatis doctrinam post cognitam propriam ipsius structuræ rationem esse quærendam ratus, brevi ac simplici methodo summa capita quibus illa continetur exponenda suscepi, expertus hujus disciplinæ tyrones in iis quæ prostant amplioribus grammaticis non levi difficultate præpediri, nisi prius planiori methodo in iis quæ præcipua sunt erudiantur. Hoc pacto syriaci idiomatis studiosis aliquid commodi ac emolumenti contulisse confido.

ROMÆ kal. aug. anno MCM.

H. G. S. J.

ALPHABETUM SYRIACUM

LITTERARUM									
FIGURA				NOMEN		POTESTAS			
Sertô		Estrangelo	Nestoriana			Latine.	Hebraice	Arabice	Numerice
ܐ	ܐ	ܐ	ܐ	ܐܠܦ	Âlaf	a	א	ء	1
ܒ	ܒ	ܒ	ܒ	ܒܝܬ	Bêth	b, bh	ב	ب	2
ܓ	ܓ	ܓ	ܓ	ܓܡܠ	Gâmal	g, gh	ג	ج	3
ܕ	ܕ	ܕ	ܕ	ܕܠܬ	Dâlath	d, dh	ד	د	4
ܗ	ܗ	ܗ	ܗ	ܗܐ	Hê	h	ה	ه	5
ܘ	ܘ	ܘ	ܘ	ܘܐܘ	Uau	u	ו	و	6
ܙ	ܙ	ܙ	ܙ	ܙܝܢ	Zain	z	ז	ز	7
ܚ	ܚ	ܚ	ܚ	ܚܝܬ	Ḥêth	ḥ	ח	ح	8
ܛ	ܛ	ܛ	ܛ	ܛܝܬ	Ṭêth	ṭ	ט	ط	9
ܝ	ܝ	ܝ	ܝ	ܝܘܕ	Iôdh	i	י	ي	10
ܟ	ܟ	ܟ	ܟ ܟ	ܟܦ	Kâf	k, kh	כ	ك	20
ܠ	ܠ	ܠ	ܠ	ܠܡܕ	Lâmadh	l	ל	ل	30
ܡ	ܡ	ܡ	ܡ ܡ	ܡܝܡ	Mîm	m	מ	م	40
ܢ	ܢ	ܢ	ܢ ܢ	ܢܘܢ	Nûn	n	נ	ن	50
ܣ	ܣ	ܣ	ܣ	ܣܡܟܬ	Semkath	s	ס	س	60
ܥ	ܥ	ܥ	ܥ	ܥܐ	ʿE	sonus gutturalis	ע	ع	70
ܦ	ܦ	ܦ	ܦ	ܦܐ	Pê	p, f.	פ	ف	80
ܨ	ܨ	ܨ	ܨ	ܨܕܐ	Sâdhê	ṣ	צ	ص	90
ܩ	ܩ	ܩ	ܩ	ܩܘܦ	Qôf	q	ק	ق	100
ܪ	ܪ	ܪ	ܪ	ܪܝܫ	Rêś	r	ר	ر	200
ܫ	ܫ	ܫ	ܫ	ܫܝܢ	Śîn	ś	ש	ش	300
ܬ	ܬ	ܬ	ܬ	ܬܘ	Tau	t, th	ת	ت	400

PRAENOTANDA

LITTERARUM QUOAD SCRIPTIONIS FIGURAM COMPARATIO

1. Quædam litteræ figura satis simili scriptæ probe sunt distinguendæ.

Itaque ܐ *âlaph* supra eminet, ܙ *zain* infra protenditur ܙܐ ܐܙ , *dâlath* ܕ per punctum infernum distinguitur a ܪ *reś* quod superno insignitur.

Item ܠܠ ܠ *lâmadh* longitudine superat ܥܥ ܥ *'ain*.

ܒ *beth* magnitudine suæ partis curvæ superat ܟ *kâf*, ܘ *uau* a ܩ *qâf* distinguitur defectu tractus quo ܩ sequenti colligatur.

ܫ *śin* magnitudine præstat litteræ ܝ *judh*.

Nota : ܠ conjunctum sequenti ܐ inclinationem amittit ܠܐ .

PRONUNCIATIO

2. *Âlaf* ܐ quod vocabulum inchoat profertur quodam abrupto gutturis ictu, qualis deprehenditur pronunciando *amare, opponere* in primo *a* et *o*, non vero in secundo. (Hunc sonum arabes *hamza* vocant et signo ء notant). Eodem modo primitus proferebatur in medio et fine vocabulorum si radicalis erat, at postea sonus ille gutturalis, ut plurimum, elisus est præsertim in medio vocabulorum, nisi a flexione illud *âlaf* vocali donetur immediate post aliam vocalem ; quo in casu satis viguit mos illud pronunciandi ut ܝ , ܩܳܐܶܡ = *qâiem*. Haec de *âlaf* consonante, at sæpe *âlaf* adjicitur ut signum quarumdam vocalium, de quo inferius.

Littera ܗ pronuntiatur aspirata ex imo pectore, sed sine ulla aeris perfricatione in gutture, ideoque sine ulla asperitate.

Littera ܚ effertur per allisionem aeris ad laryngem, ita ut ejus sonus sit fere sibilus gutturalis sed sine asperitate.

Littera ܛ effertur emphatice pronuntiando *t*, oris internum aptando in concavam formam.

Littera ܨ est *s* cum eadem emphasi prolata.

Littera ܥ pronuntiatur sono gutturali, superiorem laryngis partem comprimendo.

Littera ܩ pronuntiatur partem linguæ posteriorem contra palatum extremum premendo.

Littera ܫ profertur ut italicum *sc* ante *e*, *i*, ut germanicum *sch*, ut anglum *sh*.

3. Reliquæ litteræ eodem modo ac apud nos proferuntur, at sex litteræ ܒ ܓ ܕ ܟ ܦ ܬ memoriali vocabulo *bghâdhkfâth* indicatæ interdum attenuari debent ita ut ܒ mollius ad v accedens, ܓ cum asperitate (ut غ arabicum), ܕ et ܬ blesa pronuntientur (δ θ, ذ ث), ܟ cum asperitate (خ), et ܦ ut f, φ. Regulæ ad eas pronuntiandas, quando oporteat, attenuatas vel secus, inferius tradentur.

4. Consonantes juxta organa vocis quibus pronunciantur sic dispescuntur :

Gutturales	ܐ ܗ ܚ ܥ
Labiales	ܒ ܘ ܡ ܦ
Palatales	ܓ ܟ ܩ
Dentales	ܕ ܙ ܣ ܨ ܫ ܬ
Linguales	ܛ ܠ ܢ ܝ ܪ

Gutturales et ܪ quando syllabam clausam terminant, præsertim in fine vocabulorum, amant præcedi vocali ܲ ex. gr. ܕܵܒ݂ܚ « *dâbhaḥ* » *mactans*, etsi ܕܵܒ݂ܸܚ « *dâbheḥ* » deberet dici propter formam participii.

DE REDUPLICATIONE ET ASSIMILATIONE CONSONANTIUM.

5. Multæ litteræ consonantes sæpe ita intendi in prolatione debent ut tanquam duæ eædem nomine litteræ ܒ ܒ , ܕ ܕ pronuntientur. Et interdum quidem quia aliqua geminatur a flexione, alias autem quia duæ litteræ identicae, vel affines (scilicet eodem vel vicino vocis organo prolatæ), si vocalis aliqua non cogit ad singulas proferendum in sua specifica ratione distinctas, facilius una homogenea articulatione intensiore proferuntur. Primum illud vocatur reduplicatio, alterum assimilatio consonantium. — Litteræ ܗ ܚ ܪ reduplicationem admittere dubium est.

Signum ad reduplicationem notandam (*dageś*, *taśdîd*) non adhibuerunt syri : apud syros occidentales reduplicatio in desuetudinem abiit. Arabicum signum (ّ) pro opportunitate in hoc libro adhibebimus.

Locum habet in syriaca lingua, ut in ceteris semiticis, metathesis inter quasdam consonantes, at de hoc inferius ubi de verborum formis erit sermo.

SIGNA VOCALIUM

6. Ad vocales exprimendas usurpatæ sunt apud syros occidentales, jam a saeculo VIII, litteræ græcæ quinque α, ε, η, ο, υ in forma unciali subversæ et inclinatæ : apud orientales vero adhibita sunt puneta vario modo disposita, secundum tabulam sequentem :

Pĕthâḥâ *a*	ܰ	ܰ ante *uau* ab orientalibus scribitur ܳ ex. gr. ܡܳܘܬܳܐ = ܡܰܘܬܳܐ ; interdum autem adhibetur ante ܝ pro ܳ nempe ܒܶܝ = ܒܳܝ
Zeqâfâ *â* (*o*)	ܳ	ܳ
Rĕwâṣâ *e*	ܶ	ܶ (e), ܷ (ê).
Ḥĕwâṣâ *i*	ܺ	ܻ
ʿEṣâṣâ *ô* et *u*	ܽ	ܘ̇ ܘ݂

Seriore tempore in usu fuit, apud syros occidentales, etiam methodus indicandi vocales indiscriminatim tum punctis tum græcis litteris.

7. Ad sonum semivocalem (*schera mobile*) indicandum syri signum non instituerunt, at sonus ille utique viguit apud eos aliquid vocalis modo *a*, modo *e*, modo *u* exhibens. Ceterum locum habet in prima littera syllabæ incipientis a consonante vocali destituta, ut ܩܛܠ «*qeṭal*» *interfecit*; in littera vocali destituta quæ aliam pariter vocali destitutam sequitur, ut in ܠ vocabuli ܡܡܠܟܝܢ «*mamlĕkhin*» *imperantes*, nec non in littera duplicata si vocali non instruitur, ut in ܓ vocabuli ܪܓܓܬܐ *desiderium*, in quo ܓ duplex est *reggèthâ*: item, ut plurimum, in littera a qua vocalis ܶ exciderit ut in ܪ vocabuli ܓܪܒܐ *lepra* ex ܓܪܒܐ.

DE MODO VOCALES INDICANDI

8. Antiquiori syriacæ linguæ tempore ad quasdam vocalos indicandas adhibebantur litteræ ܐ, ܘ, ܝ.

Ad indicandum in fine vocabulorum *à* obtusum (?) (idest aliquantulum ad sonum *o* accedens; apud syros occidentales cum *o* prorsus confunditur), item et *e* pariter in fine vocabulorum adhibita est littera, ܐ ܡܠܟܐ « *malkà* » *rex* et ܡܠܟܐ « *malke* » *reges*. Utrumque constanter servatur.

In medio autem vocaulorum apparet utique ܐ ubi *a* vel *à* locum habet ut ܦܐܠܐ (ܦܐܠܐ) *pili* (*supra labium*), ܡܐܐ (ܡܐܐ) *centum*, ܡܐܟܐ (ܡܐܟܐ) *humilis*, at potius vera consonans (2 §) quam signum vocalis illud *àlaf* ex etymologia vel forma grammaticali docetur esse.

Item interdum ܐ in medio vocabulorum vocalem *e* indicat ut ܐܟܘܬ (ܐܟܘܬ) *sicut*, ܓܐܪܐ (ܓܐܪܐ) *sagitta*, quamvis Syri occidentales in pronunciatione, plerumque, talem scriptionem in vocalem *i* convertunt, imo et ܝ addunt in scriptione ܟܐܦܐ « *kèfà* » *petra* ܟܐܝܦܐ « *kifo* ».

Vocalis *i* longa per ܝ indicatur. Interdum littera ܝ etiam vocalem *e* indicat ut ܒܝܬ « *bèth* » *domus*, ܗܠܝܢ « *hàlèn* » *isti* vel *illæ*.

Vocales *o* et *u* semper per ܘ indicantur. At seriori linguæ tempore pro ܟܘܠ *omnis* scriptum est ܟܠ, et pro ܡܛܘܠ *propter* ܡܛܠ.

Diphtongi *ai âi* per ܝ indicantur, *au* per ܘ, et *eu iu* per ܝܘ.

9. Ad incompletam hanc vocales indicandi methodum supplendam, progressu temporis (a IV jam sæculo), punctum adhibitum est, quod superne positum vocales *a â o* et diphtongos *ai âi au* indicaret, inferne autem vocales *e i u*. Itaque scriptum est ܡܢ pro ܡܢ *quid* et pro ܡܢ *quis*; et ܡܢ pro ܡܢ *e.x.* Sic ܡܠܟܐ « *malkâ* » *rex* et ܡܠܟܐ « *melkâ* » *consilium*. ܝܠܘܕ « *jalodh* » *pater* et ܝܠܘܕ « *jalludh* » *filius*, ܗܘ « *hau* » *ille*, ܗܘ « *hu* » *ipse*, ܗܝ « *hâi* » *illa*, ܗܝ « *hi* » *ipsa*.

In quibusdam vocabulis punctum infernum omittebatur, at cum supernum in iisdem constanter adhiberetur quando debita pronunciatio per illud erat indicanda, ipsa puncti absentia pronunciationem juxta vocalem propriam puncti inferioris esse efferendam indicabat : sic noscitur ܒܗ esse legendum « *beh* », *in ipso*, quia « *bâh* », *in ipsa*, non nisi cum puncto scribitur ܒܗ̇.

Mox punctum juxta pronunciationem vocabuli in forma radicali servatum fuit in ejus forma derivata, etsi vocalis huic debita per illud notari nequiret : sic ex. gr. pro ܥܒܕ *servus* scriptum est ܥܒܕ, et ejus derivatum ܥܒܕܐ servat punctum infernum ܥܒܕܐ quod vocali ܰ non convenit.

Denique si diversa vocalis eidem vocabulo pro duplici significatione conveniens eodem puncto notanda contingeret, ut ܰ et ܳ puncto superno, fortior vocalis proprio puncto notata est, alio altera : cic ܥܘܠܐ *scelestus* scriptum est ܥܘܠܐ, et ܥܘܠܐ *crimen* ܥܘܠܐ.

Etiam ad personas formasque verborum distinguendas puncta adhibita unt apud syros occidentales, at suo loco de his erit sermo.

RELIQUA SIGNA.

10. Ad pluralia a singularibus distinguenda duo puncta superponuntur. Sic ܡܠܟ̈ܐ noscitur legendum « *malkê* » *reges* a « *malkâ* » *rex*. Vocantur a syris *sejâmê* (apud nos etiam hebraica denominatione *ribbui* nuncupata fuerunt). — Si vocabulo inest ܪ cum ejus puncto compenetrantur ̈ . Ea nomina collectiva quæ pluralem non formant in singulari illa habent, ex. gr. ܥܢ̈ܐ *grex*.

11. In vocabulis ubi duæ consonantes concurrunt vocali destitutæ, ut in ܚܶܟܡܬܐ, interdum prima earum vocali ܶ donatur, ut plurimum in poesi, ܚܶܟܶܡܬܐ : si vocalis non scribitur, littera illa lineola subducitur, quæ vocatur *mĕhaggiânâ* idest *pronuntiare jubens*, ܚܟܡܬܐ « *ḥekhemthâ*. »

12. E contra ad monendum ne indebita vocalis adjiciatur lineola superponitur quæ *marhĕṭânâ* appellatur, idest *currere faciens*.

13. Interdum consonantes quædam scribuntur at jam pronuntiari non debent, ex. gr. ܒܪܬ « *bat* » *filia*, ܝܗܒ « *iabh* » *dedit* : ad hoc indicandum, adhibita invenitur lineola *occultans* litteræ superposita ܐܢܬ , ܒܪܬܐ , ܡܕܝܢܬܐ ; eam syri occidentales recentiores infra ponere consueverunt ܐܢܬ ܒܪܬ , ܡܕܝܢܬܐ . Probe apud alterutros erit distinguenda a *marhĕṭânâ* vel *mĕhaggiânâ*.

RUKKAKHA QUŚŚÂYÂ.

14. Attenuatio litterarum *bghâdhkfâth* (§ 3) per punctum infernum notatur quod vocatur *rukkâkhâ* (ܪܘܟܟܐ *emollitio*), et durior earum pronunciatio per punctum supernum quod vocatur *quśśâyâ* (ܩܘܫܝܐ *induratio*).

Ut rite adhibeatur attenuatio, quando per punctum non indicatur, hæ regulæ tradi hoc loco possunt.

15. Durescunt litteræ *bghàdhkfàth* si sunt reduplicatæ, si aliam litteram assimilatam continent, ex. gr. ܣܶܬܳܪܳܐ « *settàrà* » *tegmen*, ܫܰܬܳܐ « *ṣattà* » *annus*. Item durescunt si diphtongum sequuntur ܬܰܘܒܳܐ « *taubà* » *ficus*, sed ܐܰܝܟ *sicut*, quia pronunciatio diphtongum non exprimit, *akh*.

16. Si reduplicatio vel assimilatio in iis locum non habent, emolliuntur post vocalem et post scheva (§ 7) : ܟܳܬܶܒ « *kàthebh* » *scribens*: ܡܰܡܠܟܺܝܢ « *mamlĕkhin* » propter scheva litteræ ܠ attenuatur sequens ܟ ; item ܕܰܗܒܳܐ *aurum* attenuatur ܒ propter scheva litteræ ܗ procedens a primitivo ܕܰܗܰܒܳܐ . Item ܚܶܟܡܬܳܐ « *hekhmĕthâ* » et ܚܶܟܶܡܬܳܐ (*ḥekhemĕthâ*) quia auxiliaris illa vocalis *méhaggiâni* nil mutat in sequentibus syllabis.

17. Initio vocabuli attenuantur *bghàdhkfàth* si præcedens vocabulum exit in vocalem, et pausa non intreponitur, secus si fit pausa vel vocalis non præcedit.

18. Item attenuantur initio vocabuli si ei præfigitur una vel plures ex particulis ܒ ܕ ܘ ܠ , quæ, si vocabulum per litteram vocali destitutam incipit, assumunt ܰ , secus scheva gerunt ; si vero vocabulum per ܐ incipit, hujus vocalem ad se attrahunt, et illud ܐ sono gutturali destituitur, sic : ܐܰܠܳܗܳܐ « *allàhà* » *Deus* , ܒܰܐܠܳܗܳܐ « *ballàhà* » *in Deo*, ܠܒܰܝܬܳܐ « *lebhaitâ* » *domui*, ܒܟܬܳܒܳܐ « *bakhthàbhà* » *in libro*, ܘܰܠܕܒܦܰܓܪܳܐ « *valdhabhfaghrâ* » *et ei qui in corpore*, a ܦܰܓܪܳܐ *corpus*.

Plures inveniuntur extra has leges anomaliæ, at nimis operosum tibi esset eas hic loci addiscere, ex lexicis usu eas accipies. Quæ autem ex flexione verborum his regulis addenda sunt, suo loco doceberis. (§ § 50, 51ª, 59, 80.)

SPECIMEN LECTIONIS

(Per *ĕ* redditur in transcriptione *scheva* semivocale : attenuatio litterarum ܒ ܓ ܕ ܟ ܦ ܬ per additum *h* parvum).

PS. 129

waśmaʿt	*mâryâ*	*qĕrîtâk*	*ʿumqâ*	*Men*
ܘܫܡܥܬ	ܡܪܝܐ	ܩܪܝܬܟ*	ܥܘܡܩܐ	ܡܢ
et audisti	Domine	invocavi te	profundo	De

lĕqâlâ	*ṣâitân*	*ednaik*	*nehwiăn*	*bĕqâl(y)*
ܠܩܠܐ	ܨܐܝܬܢ	ܐܕܢܝܟ	ܢܗܘܝܢ	ܒܩܠܝ :
in vocem	intendentes	aures tuæ	Sint	(in) vocem meam

manû	*mâryâ*	*att*	*nâṭar*	*ḥeṭâhê*	*en*	*dĕkuśśâf(y)*
ܡܢܘ	ܡܪܝܐ	ܐܢܬ	ܢܛܪ	ܚܛܗܐ	ܐܢ	ܕܒܥܘܬܝ .
quisnam	Domine	tu	observans	peccata	Si	deprecationis meæ

lĕwâtâkû	*dĕmen*	*meṭṭul* *	*lamĕqâm*	*meśkaḥ*
ܠܘܬܟ ܗܘ	ܕܡܢ	ܡܛܠ .	ܠܡܩܡ	ܡܫܟܚ
apud te est	ex	Quia	ad standum ?	potens

* Apud syros orientales ܩܪܝܬܟ *qerêtâk* : et inferius *meṭṭol, ennon, kolleh.*

nafś(y)	*wĕsakkĕyat*	*bĕmâryâ*	*sabbĕret*	*śubqânâ*
ܢܦܫܝ	ܘܣܟܝܬ	ܒܡܪܝܐ	ܣܒܪܬ .	ܫܘܒܩܢܐ
anima mea	expectavit	in Domino	Speravi	remissio

dĕṣafrâ	*maṭṭartâ*	*men*	*lĕmâryâ*	*sakkît*	*lĕmellĕteh*
ܕܨܦܪܐ	ܡܛܪܬܐ	ܡܢ	ܠܡܪܝܐ	ܣܟܝܬ .	ܠܡܠܬܗ
matutini	custodia	a	Dominum	Expectavi	verbum ejus

isrâyel	*nĕsakkê*	*dĕṣafrâ*	*lĕmaṭṭartâ*	*wa'ĕdamâ*
ܐܝܣܪܝܠ	ܢܣܟܐ .	ܕܨܦܪܐ	ܠܡܛܪܬܐ	ܘܥܕܡܐ
Israel	Expectet	matutini	custodiam	et usque ad

wĕsaggî	*raḥmê ennun**	*lĕwâteh*	*dĕmen*	*meṭṭul**	*lĕmâryâ*
ܘܣܓܝ :	ܪ̈ܚܡܐ ܐܢܘܢ	ܠܘܬܗ	ܕܡܢ	ܡܛܠ	ܠܡܪܝܐ
et multa	misericordiæ (sunt)	apud eum	ex	quia	Dominum

men	*lisrâyel*	*nefrĕqîû(hi)*	*wĕhû*	*purqânâ*	*lĕwâteh*
ܡܢ	ܠܐܝܣܪܝܠ	ܢܦܪܩܝܘܗܝ	ܘܗܘ .	ܦܘܪܩܢܐ	ܠܘܬܗ
ex	Israel	redimet (eum)	Et ipse	redemptio	apud eum

'auleh	*kulleh **
. ܥܘܠܗ	ܟܠܗ
iniquitate ejus	omni

CAPUT PRIMUM.

DE PRONOMINIBUS

19. Pronomina personalia.

		Sing.		Plur.	
Iª Persona communis generis		ܐܢܐ	*ego*	ܐܢܚܢܢ ܚܢܢ	*nos*
IIª Persona	masc.	ܐܢܬ	*tu*	ܐܢܬܘܢ	*vos*
	fem.	ܐܢܬܝ (*att*)		ܐܢܬܝܢ	
IIIª Persona	masc.	ܗܘ	*ille*	ܗܢܘܢ	*illi*
	fem.	ܗܝ	*illa*	ܗܢܝܢ	*illæ*

Hæc pronomina in casu recto adhibentur : quando pronomina personalia, aliaque objectiva, in casibus obliquis *me*, *tibi* etc. ponenda sunt, exprimuntur per peculiaria suffixa, quæ verbis, nominibus, et præpositionibus adnectuntur. De his inferius erit sermo (§ 59).

20. Pronomina demonstrativa.

	Sing.		Plur.	
masc.	ܗܢܐ , ܗܢ	*hic*	ܗܠܝܢ	*hi, hæ*
fem.	ܗܕܐ , ܗܕ	*hæc*		
masc.	ܗܘ	*ille*	ܗܢܘܢ	*illi*
fem.	ܗܝ	*illa*	ܗܢܝܢ	*illæ*

21. Pronomina interrogativa.

	Sing.		Plur.
masc.	ܐܝܢܐ	*qui ?*	ܐܝܠܝܢ *qui ? quæ ?*
fem.	ܐܝܕܐ	*quæ ?*	

ܡܢ *quis ? quæ ?* — ܡܐ , ܡܢ ܡܢ , ܡܢܐ *quid ?* : compositæ cum ܗܘ , ܗܝ : ܡܢܘ *quis (est) ?* , ܡܢ ܗܝ *quæ (est) ?* , ܡܢܘ *quid est ?* .

22. Pronomen relativum per ܕ procliticum exprimitur communis generis, ex gr. ܗܘ ܕ *ille qui.*

23. Pronomen possessivum.

Ex pronomine relativo ܕ in sua antiquiori form ܕܝ addita particula dativi ܠ et suffixo pronominali (*cf* § 80), formatur possessivum : *meus* seu *qui mihi ; tuus, qui tibi* etc. hoc modo :

		Sing.		Plur.	
pro 1ª pers. comm. generis		ܕܝܠܝ	*meus, mea*	ܕܝܠܢ	*noster, nostra*
» 2ª »	masc.	ܕܝܠܟ	*tuus, tua*	ܕܝܠܟܘܢ	*vester, vestra*
	fem.	ܕܝܠܟܝ	» »	ܕܝܠܟܝܢ	» »
» 3ª »	masc.	ܕܝܠܗ	*suus, sua*	ܕܝܠܗܘܢ	*suus, sua*
	fem.	ܕܝܠܗ̇	» »	ܕܝܠܗܝܢ	» »

CAPUT SECUNDUM.

DE VERBIS.

24. Verbum syriacum habet et tempus præteriti perfecti, et, ad actionem enuntiandam nondum perfectam (sive in præsenti, sive in præterito, sive in futuro), secundum tempus habet, quod imperfectum vocabimus vel futurum.

Imperativus secundam tantum habet personam : pro tertia adhibetur imperfectum.

Habet præterea verbum syriacum infinitivum per præfixum ܡ formatum, item participium activum et passivum. Per participium, subjuncto ei pronomine personali, alter modus formatur exprimendi tempus præsens.

Verbum syriacum in firmum et infirmum distinguemus secundum quod vel radicalibus constituitur quæ firmæ manent, vel quæ per assimilationem (§ 5) disparent, aut quæ vario modo mutantur.

FLEXIO VERBI FIRMI.

25. Uti apparet ex sequenti paradigmate, personæ et earum genus distinguuntur in præterito per suffixa quædam, in imperfecto per præfixa, et aliquæ etiam per peculiarem terminationem.

Imperativus imperfecto similis est, at personalia præfixa non habet.

26. Typum flexionis quoad vocales præteriti et imperfecti characteristicas hic subjicimus . Theoretice quidem loquendo vocalis ܲ in præterito et ܘܿ in imperf. propria dici deberet verbi transitivi, et propria verbi intransitivi ܸ in præterito, et ܲ in imperf. At sæpissime minime servata invenitur hæc distinctio.

Interdum utique non nisi apparens est hæc ab illa lege deflexio, ex. gr. *splendescere* neutrum nobis est, et ܨܡܲܚ quod splendescere significat vocalem verbi transitivi habet, at nil mirum si in mente semitæ valeat *radios splendentes emittere* : pariter nostro *portare* activo verbum ܛܥܸܢ respondet, quod semitæ *esse onustum* valet, et sic vocalis ܸ verbi intransitivi bene congruit illius significationi. Præterea litteræ ܚ ܥ ܪ ܗ in fine vocabuli vocali destitutæ postulant ܲ in præcedente consonante, et sic explicatur ܲ in pluribus verbis neutris quæ unam ex illis habent pro tertia radicali. At non pauca extant verba quæ reduci ad illam legem per has rationes non possunt. Nec desunt verba quæ in fut. habent ܸ ex. gr. ܢܦܲܠ , ܕܚܸܠ , ܪܕܲܡ : imo et intransitiva quæ in fut. habent ܘ ex. gr. ܫܬܸܩ *tacere* fut. ܢܸܫܬܘܿܩ . Præstat igitur ex usu et lexicis addiscere qua vocali insigniuntur verba, potius quam regulam adhibere quæ sæpe falleret.

26. Nota : scriptio cum ܢ finali in 3 pers. pl. f. Perf. (adjectis ܝ̈) ܩܛܲܠܝܢ , et in 3 pers. fem. sg. Fut. ܬܸܩܛܘܿܠ , non viguit apud syros orientales (*), invaluit vero seriori tempore apud syros occidentales.

	Pʿal		
Praet. 3 m.	ܩܛܰܠ	ܐܚܰܕ	ܝܠܶܕ
3 f.	ܩܶܛܠܰܬ	ܐܶܚܕܰܬ	ܝܶܠܕܰܬ
2 m.	ܩܛܰܠܬ	ܐܚܰܕܬ	ܝܠܶܕܬ
2 f.	ܩܛܰܠܬܝ	etc.	ܝܠܶܕܬܝ
1 c.	ܩܶܛܠܶܬ		ܝܶܠܕܶܬ
pl. 3 m.	ܩܛܰܠܘ ܘܢ		ܝܠܶܕܘ ܘܢ
3 f.	{ *ܩܛܰܠ ܩܛܰܠܶܝܢ ܩܛܰܠܝ ܶܝܢ		{ *ܝܠܶܕ ܝܠܶܕܶܝܢ ܝܠܶܕܝ ܶܝܢ
2 m.	ܩܛܰܠܬܘܢ		ܝܠܶܕܬܘܢ
2 f.	ܩܛܰܠܬܶܝܢ		ܝܠܶܕܬܶܝܢ
1 c.	ܩܛܰܠܢ ܢ		ܝܠܶܕܢ ܢ
Fut. 3 m.	ܢܶܩܛܘܿܠ	ܢܺܐܚܘܿܕ	ܢܺܐܠܰܕ
3 f.	{ *ܬܶܩܛܘܿܠ ܬܶܩܛܘܿܠ	{ *ܬܺܐܚܘܿܕ ܬܺܐܚܘܿܕ	{ *ܬܺܐܠܰܕ ܬܺܐܠܰܕ
2 m.	ܬܶܩܛܘܿܠ	ܬܺܐܚܘܿܕ	ܬܺܐܠܰܕ
2 f.	ܬܶܩܛܠܺܝܢ (ܢ)	ܬܺܐܚܕܺܝܢ	ܬܺܐܠܕܺܝܢ
1 c.	ܐܶܩܛܘܿܠ	ܐܺܚܘܿܕ	ܐܺܐܠܰܕ
pl. 3 m.	ܢܶܩܛܠܘܢ	ܢܺܐܚܕܘܢ	ܢܺܐܠܕܘܢ
3 f.	ܢܶܩܛܠܳܢ	ܢܺܐܚܕܳܢ	ܢܺܐܠܕܳܢ
2 m.	ܬܶܩܛܠܘܢ	ܬܺܐܚܕܘܢ	ܬܺܐܠܕܘܢ
2 f.	ܬܶܩܛܠܳܢ	ܬܺܐܚܕܳܢ	ܬܺܐܠܕܳܢ
1 c.	ܢܶܩܛܘܿܠ	ܢܺܐܚܘܿܕ	ܢܺܐܠܰܕ
Imp. 2 m.	ܩܛܘܿܠ	ܐܚܘܿܕ	ܝܺܠܰܕ
2 f.	ܩܛܘܿܠܝ	ܐܚܘܿܕܝ	ܝܺܠܰܕܝ
pl. 2 m.	ܩܛܘܿܠܘ ܘܢ	ܐܚܘܿܕܘ ܘܢ	ܝܺܠܰܕܘ ܘܢ
2 f.	ܩܛܘܿܠܝ ܶܝܢ	ܐܚܘܿܕܝ ܶܝܢ	ܝܺܠܰܕܝ ܶܝܢ
Infinitiv.	ܡܶܩܛܰܠ	ܡܺܐܚܰܕ	ܡܺܐܠܰܕ
Part. act.	m. ܩܳܛܶܠ f. ܩܳܛܠܳܐ	m. ܐܳܚܶܕ f. ܐܳܚܕܳܐ	m. ܝܳܠܶܕ f. ܝܳܠܕܳܐ
Part. pass.	m. ܩܛܺܝܠ f. ܩܛܺܝܠܳܐ	m. ܐܚܺܝܕ f. ܐܚܺܝܕܳܐ	m. ܝܠܺܝܕ f. ܝܠܺܝܕܳܐ

Litteræ finales ܘ et ܝ non pronuntiantur in verbis quæ tertiam radicalem firmam habent.

Vocalis characteristica futuri non est intensa in verbis secundam radicalem firmam habentibus, ܢܩܛܘܠ – ܢܩܛܘܠ — *neqṭol*. Ea excidit quando in flexione, superveniente vocale tertiæ radicali, secunda constitueret syllabam apertam : itaque ܐܩܛܠܝܢ , ܢܩܛܠܘܢ etc. Pariter et vocalis ◌ܲ vel ◌ܵ in iisdem conditionibus excidit, ܐܘܣܟܡܝܢ , ܢܘܣܟܡܘܢ etc. ܐܪܚܡܝܢ , ܢܪܚܡܘܢ etc.

In personis fem. plur. apponuntur *sĕjâmê* exceptis, in præterito, persona secunda, et persona tertia in forma breviori ܩܛܠ (cf. tamen § 51[a]).

28. Tempus præsens et futurum per participium expressum. Pro prima et secunda persona pronomen postponitur participio activo et passivo, et in prima persona amittit in pronunciatione consonantem initialem quæ in scriptione linea occultante notatur. Pro tertia persona solum participium sine pronomine adhibetur. Prima persona masc., et secunda masc. et fem. etiam formam contractam admittunt ut in sequenti paradigmate :

Activum

Sing.

masc.		fem.	
ܩܛܠ ܐܢܐ	ܩܛܠܢܐ	ܩܛܠܐ ܐܢܐ	
ܩܛܠ ܐܢܬ	ܩܛܠܬ	ܩܛܠܐ ܐܢܬܝ	ܩܛܠܬܝ
ܩܛܠ		ܩܛܠܐ	

Plur.

masc.		fem.	
ܩܛܠܝܢ ܚܢܢ	ܩܛܠܝܢܢ	ܩܛܠܢ ܚܢܢ	
ܩܛܠܝܢ ܐܢܬܘܢ	ܩܛܠܝܬܘܢ	ܩܛܠܢ ܐܢܬܝܢ	ܩܛܠܬܝܢ
ܩܛܠܝܢ		ܩܛܠܢ	

Passivum

Sing.

masc.		fem.	
ܩܛܝܠ ܐܢܐ		ܩܛܝܠܐ ܐܢܐ	
ܩܛܝܠ ܐܢܬ	ܩܛܝܠܬ	ܩܛܝܠܐ ܐܢܬܝ	ܩܛܝܠܬܝ
ܩܛܝܠ		ܩܛܝܠܐ	

Plur.

ܩܛܝܠܝܢ ܚܢܢ	ܩܛܝܠܝܢܢ	ܩܛܝܠܢ ܚܢܢ	
ܩܛܝܠܝܢ ܐܢܬܘܢ	ܩܛܝܠܬܘܢ	ܩܛܝܠܢ ܐܢܬܝܢ	ܩܛܝܠܬܝܢ
ܩܛܝܠܝܢ		ܩܛܝܠܢ	

29. In verbo, si vocales non notantur, puncta vario modo posita adhibentur ad personas distinguendas.

ܩܛܠ = ܩܛܠ , ܩܛܠ , ܩܛܠ .

ܩܛܠܬ = ܩܛܠܬ , ܩܛܠܬ , ܩܛܠܬ , ܩܛܠܬ , ܩܛܠܬ .

ܩܛܠܬ = ܩܛܠܬ — Fem. puncto caret ܩܛܠܬܝ = ܩܛܠܬܝ .

ܩܛܠܬ = ܩܛܠܬ , ܩܛܠܬ , ܩܛܠܬ .

Participium ܩܛܠ = ܩܛܠ , ܩܛܠ = ܩܛܠ

Infinitivus ܡܩܛܠ = ܡܩܛܠ

In prima et tertia persona plurali punctum ponitur sub una ex tribus radicalibus, secunda persona puncto caret.

In futuro prima persona ܐܩܛܘܠ , secunda pers. fem. sing. et plur. puncto caret, in reliquis punctum ponitur sub una ex tribus radicalibus.

Item in imperativo punctum infernum ponitur.

DE VERBI FORMIS AUCTIS.

30. Ex forma radicali ܩܛܠ tres formæ derivantur: ܩܛܠ cum secunda radicali geminata *qaṭṭel*, ܐܩܛܠ et ܡܩܛܠ .

Has usitatis vocabulis nominabimus *pa'el, af'el, śaf'el* ex vetusto grammaticorum paradigmate *p'al*.

Ex quatuor his aliæ quatuor formæ reflexivæ construuntur præposito præfixo ܐܶܬ scilicet ex *p'al ethp'el*, ex *pa'el ethpa'al*, ex *af'el ettaf'al*, ex *śaf'el eśtaf'al*. Hæ formæ, ut plurimum, ad passivum exprimendum inserviunt.

Si prima radicalis est ex sibilantibus ܫ ܣ litera ܬ præfixi ܐܶܬ postponitur sibilanti, sic ex ܣܪܲܩ ܐܶܣܬܪܸܩ : si est ܙ illud ܬ convertitur in ܕ et postponitur : sic ex ܙܕܸܩ ܐܶܙܕܲܕܲܩ ; pariter si est ܨ convertitur ܬ in ܛ et postponitur : sic ex ܨܒܸܐ ܐܶܨܛܒܝ . Forma *ettaf'al* has metatheses et mutationes non patitur.

31. Forma *pa'el* proprie intendit significationem formæ radicalis, indicando frequentiam, repetitionem vel multiplicationem actionis : ܦܪܲܫ *separare* ܦܲܪܸܫ *discerpere* ; interdum sensum causativum effert : ܙܟܳܐ *vincere* ܙܲܟܺܝ *victorem reddere*. Item sensum intransitivum in activum convertit : ܕܠܸܩ *ardere* ܕܲܠܸܩ *incendere*. Interdum tamen idem fere valet ac forma radicalis.

32. Forma *af'el* habet proprie sensum causativum : sic ܥܒܲܪ *transire* ܐܲܥܒܲܪ *transire fecit, transvexit*. Interdum sensum habet inchoativum, ut latina verbo in *esco*, ex. gr. *albesco* significatur per ܐܲܚܘܲܪ ex ܚܘܲܪ *albus fuit*. Ex usu alios sensus varios addisces quos sæpe exprimit hæc forma.

33. Forma *śaf'el* sensum causativum exprimit, sic ܥܒܲܕ *operari* ܫܲܥܒܸܕ *servum facere* quasi *labori addicere*. Hanc formam quædam tantum verba admittunt, imo et aliæ formæ auctæ non omnes semper in omnibus verbis locum habent.

34. Etiam formæ auctæ participium cum pronomine admittunt ad tempus præsens exprimendum, eodem modo ac forma simplex.

Notanda in flexione formarum auctarum.

35. In imperativo formæ *ethpᶜel* secunda radicalis interdum *marhĕtânâ* (§ 12) notata invenitur : masculinum autem sing. vocalem habet in prima radicali ܐܶܬ݂ܩܰܛܶܠ , non ܐܶܬ݂ܩܛܶܠ ut exspectares (§ 25) ob fut. ܢܶܬ݂ܩܛܶܠ .

36. In forma *paᶜel* videntur syri reduplicasse in 1. pers. sing. imperfecti etiam primam radicalem post præfixum personale ܐ , ex. gr. ܐܟܰܬܶܒ , itaque *ekkattebh* non *ekhattebh* (§ § 15, 16).

Si aliqua ex litteris ܗ , ܚ , ܥ , ܪ adest pro tertia radicali, vocalis ܶ secundæ geminatæ in ܰ mutatur (§ 4), ex. gr. ܫܰܒܰܚ

In *ethpaᶜal* syri occidentales consueverunt, seriori tempore, imperativum flectere ut in *ethpᶜel*, notabant tamen *mĕhaggiânâ* secundam radicalem, et tertiam attenuabant si ea erat ex *bghâdhkfâth* ex. gr. ܐܶܬ݂ܟܰܬܶܒ .

37. Præfixum ܐ characteristicum formæ *afᶜel* in passivo convertitur in ܬ , itaque ܐܶܬ݁ܬܰܩܛܰܠ ; et in personis quæ per præformativum ܬ incipiunt, duo illa ܬܬ propria formæ hujus passivæ in unum contrahuntur, quod ut duplex in pronunciatione intenditur, sic ܐܶܬ݁ܬܰܟܬܰܒ݁ *scriptus es,* loco ܐܶܬ݂ܬܬܰܟܬܰܒ݁ , quamvis interdum etiam tria ܬ scripta inveniuntur.

Formæ *śafᶜel* et *eśtafᶜal* flectuntur ut *afᶜel* et *ettafᶜal.*

38. In formis auctis puncta etiam adhibita sunt vocalium vicaria (§ 9), ad personas distinguendas, sic ܩܰܛܶܠ = ܩܛ݂ܠ , vel ܩ݁ܛܠ , scilicet indicata per punctum supernum vocali ܰ in prima radicali a ܩܛܶܠ distinguitur : pariter ܡܩܰܛܶܠ = ܡܩ݁ܛܠ , ܡܩܰܛܰܠ = ܡܩ݁ܛܠ .

In formis passivis punctum eumdem locum servat ac in activis : ܐܶܬ݂ܩܛܶܠ = ܐܬܩܛ݂ܠ , ܐܶܬ݂ܩܰܛܰܠ = ܐܬܩ݁ܛܠ .

	Ethpᵉel	Paᶜel	Ethpaᶜal	Afᶜel
Praet. 3 m.	ܐܬܩܛܠ	ܩܛܠ	ܐܬܩܛܠ	ܐܩܛܠ
3 f.	ܐܬܩܛܠܬ	ܩܛܠܬ	ܐܬܩܛܠܬ	ܐܩܛܠܬ
2 m.	ܐܬܩܛܠܬ	ܩܛܠܬ	ܐܬܩܛܠܬ	ܐܩܛܠܬ
2 f.	ܐܬܩܛܠܬܝ	ܩܛܠܬܝ	ܐܬܩܛܠܬܝ	ܐܩܛܠܬܝ
1 c.	ܐܬܩܛܠܬ	ܩܛܠܬ	ܐܬܩܛܠܬ	ܐܩܛܠܬ
pl. 3 m.	ܐܬܩܛܠܘ ـܘܢ	ܩܛܠܘ ـܘܢ	ܐܬܩܛܠܘ ـܘܢ	ܐܩܛܠܘ ـܘܢ
3 f.	*ܐܬܩܛܠ ـܝܢ ܐܬܩܛܠܝ ـܢ	*ܩܛܠ ـܝܢ ܩܛܠܝ ـܢ	*ܐܬܩܛܠ ـܝܢ ܐܬܩܛܠܝ ـܢ	*ܐܩܛܠ ـܝܢ ܐܩܛܠܝ ـܢ
2 m.	ܐܬܩܛܠܬܘܢ	ܩܛܠܬܘܢ	ܐܬܩܛܠܬܘܢ	ܐܩܛܠܬܘܢ
2 f.	ܐܬܩܛܠܬܝܢ	ܩܛܠܬܝܢ	ܐܬܩܛܠܬܝܢ	ܐܩܛܠܬܝܢ
1 c.	ܐܬܩܛܠܢ ـܢ	ܩܛܠܢ ـܢ	ܐܬܩܛܠܢ ـܢ	ܐܩܛܠܢ ـܢ
Fut. 3 m.	ܢܬܩܛܠ	ܢܩܛܠ	ܢܬܩܛܠ	ܢܩܛܠ
3 f.	*ܬܬܩܛܠ ܬܬܩܛܠܝ	*ܬܩܛܠ ܬܩܛܠܝ	*ܬܬܩܛܠ ܬܬܩܛܠܝ	*ܬܩܛܠ ܬܩܛܠܝ
2 m.	ܬܬܩܛܠ	ܬܩܛܠ	ܬܬܩܛܠ	ܬܩܛܠ
2 f.	ܬܬܩܛܠܝܢ	ܬܩܛܠܝܢ	ܬܬܩܛܠܝܢ	ܬܩܛܠܝܢ
1 c.	ܐܬܩܛܠ	ܐܩܛܠ	ܐܬܩܛܠ	ܐܩܛܠ
pl. 3 m.	ܢܬܩܛܠܘܢ	ܢܩܛܠܘܢ	ܢܬܩܛܠܘܢ	ܢܩܛܠܘܢ
3 f.	ܢܬܩܛܠܢ	ܢܩܛܠܢ	ܢܬܩܛܠܢ	ܢܩܛܠܢ
2 m.	ܬܬܩܛܠܘܢ	ܬܩܛܠܘܢ	ܬܬܩܛܠܘܢ	ܬܩܛܠܘܢ
2 f.	ܬܬܩܛܠܢ	ܬܩܛܠܢ	ܬܬܩܛܠܢ	ܬܩܛܠܢ
1 c.	ܢܬܩܛܠ	ܢܩܛܠ	ܢܬܩܛܠ	ܢܩܛܠ
Imp. 2 m.	ܐܬܩܛܠ	ܩܛܠ	ܐܬܩܛܠ · ܐܬܩܛܠ	ܐܩܛܠ
2 f.	ܐܬܩܛܠܝ	ܩܛܠܝ	ܐܬܩܛܠܝ	ܐܩܛܠܝ
pl. 2 m.	ܐܬܩܛܠܘ ـܘܢ	ܩܛܠܘ ـܘܢ	ܐܬܩܛܠܘ ـܘܢ	ܐܩܛܠܘ ـܘܢ
2 f.	ܐܬܩܛܠܝ ـܢ	ܩܛܠܝ ـܢ	ܐܬܩܛܠܝ ـܢ	ܐܩܛܠܝ ـܢ
Infinitiv.	ܡܬܩܛܠ	ܡܩܛܠܘ	ܡܬܩܛܠܘ	ܡܩܛܠܘ
Part. act.	m. ܡܬܩܛܠ f. ܡܬܩܛܠܐ	m. ܡܩܛܠ f. ܡܩܛܠܐ	m. ܡܬܩܛܠ f. ܡܬܩܛܠܐ	m. ܡܩܛܠ f. ܡܩܛܠܐ
Part. pass.		m. ܡܩܛܠ f. ܡܩܛܠܐ		m. ܡܩܛܠ f. ܡܩܛܠܐ

Ettaf'al
ܐܬܬܩܛܠ
ܐܬܬܩܛܠܬ
ܐܬܬܩܛܠܬ
ܐܬܬܩܛܠܬܝ
ܐܬܬܩܛܠܬ
ܐܬܬܩܛܠܘ ـܘܢ
*ܐܬܬܩܛܠ ـܝܢ }
ܐܬܬܩܛܠܝ ـܝܢ }
ܐܬܬܩܛܠܬܘܢ
ܐܬܬܩܛܠܬܝܢ
ܐܬܬܩܛܠܢ ـܢ
ܢܬܬܩܛܠ
*ܬܬܩܛܠ }
ܬܬܩܛܠ }
ܬܬܩܛܠ
ܬܬܩܛܠܝܢ
ܐܬܬܩܛܠ
ܢܬܬܩܛܠܘܢ
ܢܬܬܩܛܠܢ
ܬܬܩܛܠܘܢ
ܬܬܩܛܠܢ
ܢܬܬܩܛܠ
ܐܬܬܩܛܠ (§ 36)
ܐܬܬܩܛܠܝ
ܐܬܬܩܛܠܘ ـܘܢ
ܐܬܬܩܛܠܝ ـܝܢ
ܡܬܬܩܛܠܘ
m. ܡܬܬܩܛܠ
f. ܡܬܬܩܛܠܐ

P'al	Af'el	Ettaf'al
ܢܦܩ ܢܦܚ ܢܦܠ	ܐܦܩ	ܐܬܬܦܩ
ܢܦܩܬ	ܐܦܩܬ	ܐܬܬܦܩܬ
ܢܦܩܬ	ܐܦܩܬ	ܐܬܬܦܩܬ
ܢܦܩܬܝ	ܐܦܩܬܝ	ܐܬܬܦܩܬܝ
ܢܦܩܬ	ܐܦܩܬ	ܐܬܬܦܩܬ
ܢܦܩܘ ـܘܢ	ܐܦܩܘ ـܘܢ	ܐܬܬܦܩܘ ـܘܢ
*ܢܦܩ ـܝܢ }	*ܐܦܩ ـܝܢ }	*ܐܬܬܦܩ ـܝܢ }
ܢܦܩܝ ـܝܢ }	ܐܦܩܝ ـܝܢ }	ܐܬܬܦܩܝ ـܝܢ }
ܢܦܩܬܘܢ	ܐܦܩܬܘܢ	ܐܬܬܦܩܬܘܢ
ܢܦܩܬܝܢ	ܐܦܩܬܝܢ	ܐܬܬܦܩܬܝܢ
ܢܦܩܢ ـܢ	ܐܦܩܢ ـܢ	ܐܬܬܦܩܢ ـܢ
ܢܦܘܩ ܢܦܚ ܢܦܠ	ܢܦܩ	ܢܬܬܦܩ
*ܬܦܘܩ }	*ܬܦܩ }	*ܬܬܦܩ }
ܬܦܘܩ }	ܬܦܩ }	ܬܬܦܩ }
ܬܦܘܩ	ܬܦܩ	ܬܬܦܩ
ܬܦܩܝܢ	ܬܦܩܝܢ	ܬܬܦܩܝܢ
ܐܦܘܩ	ܐܦܩ	ܐܬܬܦܩ
ܢܦܩܘܢ	ܢܦܩܘܢ	ܢܬܬܦܩܘܢ
ܢܦܩܢ	ܢܦܩܢ	ܢܬܬܦܩܢ
ܬܦܩܘܢ	ܬܦܩܘܢ	ܬܬܦܩܘܢ
ܬܦܩܢ	ܬܦܩܢ	ܬܬܦܩܢ
ܢܦܘܩ	ܢܦܩ	ܢܬܬܦܩ
ܦܘܩ ܦܚ ܦܠ	ܐܦܩ	ܐܬܬܦܩ
ܦܘܩܝ	ܐܦܩܝ	ܐܬܬܦܩܝ
ܦܘܩܘ ـܘܢ	ܐܦܩܘ ـܘܢ	ܐܬܬܦܩܘ ـܘܢ
ܦܘܩܝ ـܝܢ	ܐܦܩܝ ـܝܢ	ܐܬܬܦܩܝ ـܝܢ
ܡܦܩ	ܡܦܩܘ	ܡܬܬܦܩܘ
ܢܦܩ	ܡܦܩ	
ܢܦܝܩ	ܡܦܩ	ܡܬܬܦܩ

DE VERBIS INFIRMIS

39. Verba infirma ea vocamus quorum aliqua ex tribus radicalibus est littera debilis ܐ vel ܘ vel ܝ : item ea quæ habent secundam et tertiam radicalem contractam in unam, et ea quæ ܢ habent pro prima radicali.

VERBA INFIRMA IN PRIMA RADICALI

40. Sunt verba primæ radicalis *âlaf*, primæ *iudh*, primæ *nun*, idest *P-alef*, *P-iudh*, *P-nun*, radicalibus scilicet ex ordine nominatis a litteris componentibus vetustum paradigma Pʿal.

41. Verba P-alef. Hæc verba gerunt vocalem ܰ in prima radicali, in secunda omnia habent ܰ. In imperfecto quædam in secunda radicali ܘܽ recipiunt, ut plurimum activa; quædam, ut plurimum neutra, recipiunt ܰ. Illa habent ܰ in præformativa imperfecti ac infinitivi, et ܰ in prima radicali imperativi, ista habent ܶ, ܺ in præformativa imperf. et infinit. et ܰ in imperat. itaque ܐܰܟܰܠ *comedit*, ܢܶܐܟܽܘܠ *comedet*, ܐܶܟܽܘܠ *comede*, ܡܶܐܟܰܠ *comedere*; ܐܶܡܰܪ *dixit*, ܢܺܐܡܰܪ ܢܶܐܡܰܪ *dicet*, ܐܶܡܰܪ *dic*, ܡܶܐܡܰܪ ܡܺܐܡܰܪ *dicere*.

42. Participium pass. habet ܰ in prima radicali ܐܟܺܝܠ , ܐܡܺܝܪ .

43. In formis *ethpʿel* ac *ethpaʿal* vocalis primæ radicalis servatur et transit ad ܬ præfixi ܐܶܬ : ܐܶܬܐܟܶܠ , f. ܐܶܬܐܰܟܠܰܬ : ܐܶܬܐܰܟܰܠ . Item ad præfixum transit in infinit. et fut. formæ *paʿel* ܢܐܰܟܶܠ etc.; in prima autem persona sing. futuri hujus formæ excidit ipsum ܐ radicale : ܐܰܟܶܠ non ܐܐܰܟܶܠ .

44. In formis *ethpʿel*, *ethpaʿal* prima radicalis ܐ in aliquibus verbis mutatur in ܬ ut ܐܚܰܕ *sumere* ܐܶܬܬܚܶܕ , ex ܐܢܰܚ inusitato ܐܶܬܬܰܢܰܚ *ingemuit*, loco ܐܶܬܐܚܶܕ ܐܶܬܐܰܢܰܚ ; duo illa ܬܬ interdum assimilantur in unum cum *quššâyâ* pronunciatum ܐܶܬܚܶܕ , ܐܶܬܣܰܪ *ligatus est*.

In formis *afʿel* et *šafʿel* cum suis passivis, ܐ mutatur in ܘ quod

diphtongum format cum præcedente ◌ܰ ,ܐܰܘܕܰܥ , ܡܰܘܕܰܥ (verbum ܐܶܬܳܐ *venire* in *af'el* format ܐܰܝܬܺܝ *adducere*).

45. Verba P-iudh. His accensentur etiam ea quæ in aliis semiticis linguis habent ܘ pro prima radicali, in quibus syriaca mutavit ܘ in ܝ , excepto ܘܰܥܶܕ *adunare,* et participio ܘܳܐܶܐ *conveniens* ex inusitatis ܘܥܕ , ܘܐܐ .

In perfecto p'al verba *P-iudh* omnia habent ◌ܶ in secunda radicali (nisi tertia sit ex litteris ܗ ܚ ܥ ܪ quæ ◌ܰ in præcedenti postulant : excipe etiam verba *lâmadh-alef*) et in imperf. imperat. et infin. habent ◌ܰ (excepto ܬܶܬܶܒ ܢܶܬܶܒ). Prima autem radicalis ܝ in perf. recipit ◌ܺ (excepta prima persona et tertia fem. in quibus flexio ponit ◌ܶ in prima radicali), item ◌ܺ in imperat. et participio pass. Itaque ܝܺܠܶܕ , ܝܶܠܕܳܬ : ܝܺܕܰܥ , ܝܺܕܥܶܬ : ܝܺܠܶܕ , ܝܺܠܺܝܕ .

In futuro autem et infinit. ܝ in ܐ mutatur et præfixum assumit (◌ܺ apud syros orientales) : itaque ܢܺܐܠܰܕ . ܢܺܐܠܰܕ : ܡܶܐܠܰܕ , ܡܺܐܠܰܕ .

45[a]. Excipiuntur verba ܝܺܕܰܥ *scivit* et ܝܺܬܶܒ *sedit* quæ ipsum ܐ amittunt in fut. (ܝܺܕܰܥ etiam in infin.), at secundam verbi radicalem reduplicant post præfixum, et in hoc assumunt ◌ܶ : in imperat. autem primam radicalem ܝ prorsus amittunt, itaque fut. ܢܶܕܰܥ ܢܶܬܶܒ , infinit. ܡܶܕܰܥ , imperat. ܕܰܥ , ܬܶܒ , adde ܗܰܒ *da* ex ܝܗܰܒ quod futurum non format.

Formæ *pa'el* et *ethpa'al* flectuntur ut verba firma. Formæ *af'el* et *śaf'el* cum suis passivis primam radicalem ܝ mutant in ܘ : tamen ܝܶܢܰܩ *sugere* habet ܐܰܝܢܶܩ (et ܐܰܘܢܶܩ), item ܐܰܝܠܶܠ *ejulavit* ex ܝܠܰܠ inusitato.

46. Verba P-nun. Hæc verba a verbis firmis non differunt nisi in eo quod in futuro, imperat. infinit. *p'al* et in tota forma *af'el* ac *ettaf'al*, nec non *śaf'el* ac *eśtaf'al*, prima radicalis ܢ excidit, at compensatur post præfixa reduplicando secundam radicalem. (cf. paradigma p. 23).

Verba cum ܗ pro secunda radicali, et alia quædem, *nun* servant in fut. : sic ܢܶܢܗܽܘܡ *mugiet*, (similiter ܐܰܢܣܶܩ *discalceare*.), etc. Præsertim vero in imperat. *nun* retinent verba sat multa. (cf. etiam § 53[a]).

	Pʿal		Ethpʿel
Praet. 3 m.	ܐܟܠ		ܐܬܐܟܠ ܐܬܬܚܕ
3 f.	ܐܟܠܬ		ܐܬܐܟܠܬ
2 m.	ܐܟܠܬ		ܐܬܐܟܠܬ
2 f.	ܐܟܠܬܝ		ܐܬܐܟܠܬܝ
1 c.	ܐܟܠܬ		ܐܬܐܟܠܬ
pl. 3 m.	ܐܟܠܘ ܐܟܠܘܢ		ܐܬܐܟܠܘ ܐܬܐܟܠܘܢ
3 f.	*ܐܟܠ ܐܟܠܝܢ / ܐܟ̈ܠܝ ܐܟ̈ܠܢ		*ܐܬܐܟܠ ܐܬܐܟܠܝܢ / ܐܬܐܟ̈ܠܝ ܐܬܐܟ̈ܠܢ
2 m.	ܐܟܠܬܘܢ		ܐܬܐܟܠܬܘܢ
2 f.	ܐܟܠܬܝܢ		ܐܬܐܟܠܬܝܢ
1 c.	ܐܟܠܢ ܐܟܠܢܢ		ܐܬܐܟܠܢ ܐܬܐܟܠܢܢ
Fut. 3 m.	ܢܐܟܘܠ	ܢܐܚܕ · ܢܐܚܘܕ	ܢܬܐܟܠ ܢܬܬܚܕ
3 f.	*ܬܐܟܘܠ / ܬܐܟܘܠܝܢ	*ܬܐܚܕ / ܬܐܚܕܝܢ	*ܬܬܐܟܠ / ܬܬܐܟܠܝܢ
2 m.	ܬܐܟܘܠ	ܬܐܚܕ	ܬܬܐܟܠ
2 f.	ܬܐܟܠܝܢ	ܬܐܚܕܝܢ	ܬܬܐܟܠܝܢ
1 c.	ܐܟܘܠ	ܐܚܕ	ܐܬܐܟܠ
pl. 3 m.	ܢܐܟܠܘܢ	ܢܐܚܕܘܢ	ܢܬܐܟܠܘܢ
3 f.	ܢܐܟ̈ܠܢ	ܢܐܚ̈ܕܢ	ܢܬܐܟ̈ܠܢ
2 m.	ܬܐܟܠܘܢ	ܬܐܚܕܘܢ	ܬܬܐܟܠܘܢ
2 f.	ܬܐܟ̈ܠܢ	ܬܐܚ̈ܕܢ	ܬܬܐܟ̈ܠܢ
1 c.	ܢܐܟܘܠ	ܢܐܚܕ	ܢܬܐܟܠ
Imp. 2 m.	ܐܟܘܠ	ܐܚܘܕ	ܐܬܐܟܠ ܐܬܬܚܕ
2 f.	ܐܟܘܠܝ	ܐܚܘܕܝ	ܐܬܐܟܠܝ
pl. 2 m.	ܐܟܘܠܘ ܐܟܘܠܘܢ	ܐܚܘܕܘ ܐܚܘܕܘܢ	ܐܬܐܟܠܘ
2 f.	ܐܟ̈ܘܠܝ ܐܟ̈ܘܠܝܢ	ܐܚ̈ܘܕܝ ܐܚ̈ܘܕܝܢ	ܐܬܐܟ̈ܠܝ
Infinitiv.	ܡܐܟܠ	ܡܐܚܕ · ܡܐܚܕ	ܡܬܐܟܠܘ ܡܬܬܚܕܘ
Part. act.	ܐܟܠ	ܐܚܕ	
Part. pass.	ܐܟܝܠ	ܐܚܝܕ	ܡܬܐܟܠ ܡܬܬܚܕ

Pa'el	Ethpa'al	Af'el	Ettaf'al
ܐܟܠ	ܐܬܐܟܠ ܐܬܐܢܫ	ܐܘܟܠ	ܐܬܬܘܟܠ
ܐܟܠܬ	ܐܬܐܟܠܬ	ܐܘܟܠܬ	ܐܬܬܘܟܠܬ
ܐܟܠܬ	ܐܬܐܟܠܬ	ܐܘܟܠܬ	ܐܬܬܘܟܠܬ
ܐܟܠܬܝ	ܐܬܐܟܠܬܝ	ܐܘܟܠܬܝ	ܐܬܬܘܟܠܬܝ
ܐܟܠܬ	ܐܬܐܟܠܬ	ܐܘܟܠܬ	ܐܬܬܘܟܠܬ
ܐܟܠܘ ـܘܢ	ܐܬܐܟܠܘ ـܘܢ	ܐܘܟܠܘ ـܘܢ	ܐܬܬܘܟܠܘ ـܘܢ
*ܐܟܠ ـܝܢ }	*ܐܬܐܟܠ ـܝܢ }	*ܐܘܟܠ ـܝܢ }	*ܐܬܬܘܟܠ ـܝܢ }
ܐܟܠܝ ـܢ }	ܐܬܐܟܠܝ ـܢ }	ܐܘܟܠܝ ـܢ }	ܐܬܬܘܟܠܝ ـܢ }
ܐܟܠܬܘܢ	ܐܬܐܟܠܬܘܢ	ܐܘܟܠܬܘܢ	ܐܬܬܘܟܠܬܘܢ
ܐܟܠܬܝܢ	ܐܬܐܟܠܬܝܢ	ܐܘܟܠܬܝܢ	ܐܬܬܘܟܠܬܝܢ
ܐܟܠܢ ـܢ	ܐܬܐܟܠܢ ـܢ	ܐܘܟܠܢ ـܢ	ܐܬܬܘܟܠܢ ـܢ
ܢܐܟܠ	ܢܬܐܟܠ ܢܬܐܢܫ	ܢܘܟܠ	ܢܬܬܘܟܠ
*ܬܐܟܠ }	*ܬܬܐܟܠ }	*ܬܘܟܠ }	*ܬܬܬܘܟܠ }
ܬܐܟܠܝ }	ܬܬܐܟܠܝ }	ܬܘܟܠܝ }	ܬܬܬܘܟܠܝ }
ܬܐܟܠ	ܬܬܐܟܠ	ܬܘܟܠ	ܬܬܬܘܟܠ
ܬܐܟܠܝܢ	ܬܬܐܟܠܝܢ	ܬܘܟܠܝܢ	ܬܬܬܘܟܠܝܢ
ܐܟܠ	ܐܬܐܟܠ	ܐܘܟܠ	ܐܬܬܘܟܠ
ܢܐܟܠܘܢ	ܢܬܐܟܠܘܢ	ܢܘܟܠܘܢ	ܢܬܬܘܟܠܘܢ
ܢܐܟܠܢ	ܢܬܐܟܠܢ	ܢܘܟܠܢ	ܢܬܬܘܟܠܢ
ܬܐܟܠܘܢ	ܬܬܐܟܠܘܢ	ܬܘܟܠܘܢ	ܬܬܬܘܟܠܘܢ
ܬܐܟܠܢ	ܬܬܐܟܠܢ	ܬܘܟܠܢ	ܬܬܬܘܟܠܢ
ܢܐܟܠ	ܢܬܐܟܠ	ܢܘܟܠ	ܢܬܬܘܟܠ
ܐܟܠ	ܐܬܐܟܠ ; ܐܬܐܟܠ	ܐܘܟܠ	ܐܬܬܘܟܠ
	etc.		
ܐܟܠܝ	ܐܬܐܟܠܝ	ܐܘܟܠܝ	ܐܬܬܘܟܠܝ
ܐܟܠܘ ـܘܢ	ܐܬܐܟܠܘ ـܘܢ	ܐܘܟܠܘ ـܘܢ	ܐܬܬܘܟܠܘ ـܘܢ
ܐܟܠܝ ـܢ	ܐܬܐܟܠܝ ـܢ	ܐܘܟܠܝ ـܢ	ܐܬܬܘܟܠܝ ـܢ
ܡܐܟܠܘ	ܡܬܐܟܠܘ ܡܬܐܢܫܘ	ܡܘܟܠܘ	ܡܬܬܘܟܠܘ
ܡܐܟܠ		ܡܘܟܠ	
ܡܐܟܠ	ܡܬܐܟܠ ܡܬܐܢܫ	ܡܘܟܠ	ܡܬܬܘܟܠ

	P'al	Pa'el	Ethp'el
Praet. 3 m.	ܩܛܰܠ	ܩܰܛܶܠ ܩܰܛܷܠ	ܐܶܬ݂ܩܛܶܠ
3 f.	ܩܶܛܠܰܬ݂	ܩܰܛܠܰܬ݂	ܐܶܬ݂ܩܰܛܠܰܬ݂
2 m.	ܩܛܰܠܬ݁	ܩܰܛܶܠܬ݁	ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܬ݁
2 f.	ܩܛܰܠܬ݁ܝ	ܩܰܛܶܠܬ݁ܝ	ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܬ݁ܝ
1 c.	ܩܶܛܠܶܬ݂	ܩܰܛܠܶܬ݂	ܐܶܬ݂ܩܰܛܠܶܬ݂
pl. 3 m.	ܩܛܰܠܘ ܩܛܰܠܘܢ	ܩܰܛܶܠܘ ܩܰܛܶܠܘܢ	ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܘ ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܘܢ
3 f.	*ܩܛܰܠ ܩܛܰܠܶܝܢ ܩܛܰܠܝ ܩܛܰܠܶܝܢ	*ܩܰܛܶܠ ܩܰܛܶܠܶܝܢ ܩܰܛܶܠܝ ܩܰܛܶܠܶܝܢ	*ܐܶܬ݂ܩܛܶܠ ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܶܝܢ ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܝ ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܶܝܢ
2 m.	ܩܛܰܠܬ݁ܘܢ	ܩܰܛܶܠܬ݁ܘܢ	ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܬ݁ܘܢ
2 f.	ܩܛܰܠܬ݁ܶܝܢ	ܩܰܛܶܠܬ݁ܶܝܢ	ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܬ݁ܶܝܢ
1 c.	ܩܛܰܠܢ ܩܛܰܠܢܰܢ	ܩܰܛܶܠܢ ܩܰܛܶܠܢܰܢ	ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܢ ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܢܰܢ
Fut. 3 m.	ܢܶܩܛܘܿܠ	ܢܩܰܛܶܠ ܢܩܰܛܷܠ	ܢܶܬ݂ܩܛܶܠ
3 f.	*ܬ݁ܶܩܛܘܿܠ ܬ݁ܶܩܛܘܿܠܝ	*ܬ݁ܩܰܛܶܠ ܬ݁ܩܰܛܶܠܝ	*ܬ݁ܶܬ݂ܩܛܶܠ ܬ݁ܶܬ݂ܩܛܶܠܝ
2 m.	ܬ݁ܶܩܛܘܿܠ	ܬ݁ܩܰܛܶܠ	ܬ݁ܶܬ݂ܩܛܶܠ
2 f.	ܬ݁ܶܩܛܠܺܝܢ	ܬ݁ܩܰܛܠܺܝܢ	ܬ݁ܶܬ݂ܩܰܛܠܺܝܢ
1 c.	ܐܶܩܛܘܿܠ	ܐܩܰܛܶܠ	ܐܶܬ݂ܩܛܶܠ
pl. 3 m.	ܢܶܩܛܠܘܢ	ܢܩܰܛܠܘܢ	ܢܶܬ݂ܩܰܛܠܘܢ
3 f.	ܢܶܩܛܠܳܢ	ܢܩܰܛܠܳܢ	ܢܶܬ݂ܩܰܛܠܳܢ
2 m.	ܬ݁ܶܩܛܠܘܢ	ܬ݁ܩܰܛܠܘܢ	ܬ݁ܶܬ݂ܩܰܛܠܘܢ
2 f.	ܬ݁ܶܩܛܠܳܢ	ܬ݁ܩܰܛܠܳܢ	ܬ݁ܶܬ݂ܩܰܛܠܳܢ
1 c.	ܢܶܩܛܘܿܠ	ܢܩܰܛܶܠ	ܢܶܬ݂ܩܛܶܠ
Imp. 2 m.	ܩܛܘܿܠ	ܩܰܛܶܠ ܩܰܛܷܠ	ܐܶܬ݂ܩܛܶܠ
2 f.	ܩܛܘܿܠܝ	ܩܰܛܶܠܝ	ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܝ
pl. 2 m.	ܩܛܘܿܠܘ ܩܛܘܿܠܘܢ	ܩܰܛܶܠܘ	ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܘ ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܘܢ
3 f.	ܩܛܘܿܠܝ ܩܛܘܿܠܶܝܢ	ܩܰܛܶܠܝ ܩܰܛܶܠܶܝܢ	ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܝ ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܶܝܢ
Infinitiv.	ܡܶܩܛܰܠ ܡܶܩܛܳܠ	ܡܩܰܛܳܠܘ ܡܩܰܛܳܠܘ	ܡܶܬ݂ܩܛܳܠܘ
Part. act.	ܩܳܛܶܠ	ܡܩܰܛܶܠ	
Part. pass.	ܩܛܺܝܠ	ܡܩܰܛܰܠ	ܡܶܬ݂ܩܛܶܠ

Af'el	Ettaf'al	S'af'el	Es'taf'al
ܐܘܠܕ	ܐܬܬܘܠܕ	ܫܘܚܕ	ܐܫܬܘܚܕ
ܐܘܠܕܬ	ܐܬܬܘܠܕܬ	ܫܘܚܕܬ	ܐܫܬܘܚܕܬ
ܐܘܠܕܬ	ܐܬܬܘܠܕܬ	ܫܘܚܕܬ	ܐܫܬܘܚܕܬ
ܐܘܠܕܬܝ	ܐܬܬܘܠܕܬܝ	ܫܘܚܕܬܝ	ܐܫܬܘܚܕܬܝ
ܐܘܠܕܬ	ܐܬܬܘܠܕܬ	ܫܘܚܕܬ	ܐܫܬܘܚܕܬ
ܐܘܠܕܘ	ܐܬܬܘܠܕܘ	ܫܘܚܕܘ	ܐܫܬܘܚܕܘ
*ܐܘܠܕ ܝ̈ܢ	*ܐܬܬܘܠܕ ܝ̈ܢ	*ܫܘܚܕ ܝ̈ܢ	*ܐܫܬܘܚܕ ܝ̈ܢ
ܐܘ̈ܠܕܝ ܢ	ܐܬܬ̈ܘܠܕܝ ܢ	ܫ̈ܘܚܕܝ ܢ	ܐܫ̈ܬܘܚܕܝ ܢ
ܐܘܠܕܬܘܢ	ܐܬܬܘܠܕܬܘܢ	ܫܘܚܕܬܘܢ	ܐܫܬܘܚܕܬܘܢ
ܐܘܠܕܬܝܢ	ܐܬܬܘܠܕܬܝܢ	ܫܘܚܕܬܝܢ	ܐܫܬܘܚܕܬܝܢ
ܐܘܠܕܢ ܢ	ܐܬܬܘܠܕܢ ܢ	ܫܘܚܕܢ ܢ	ܐܫܬܘܚܕܢ ܢ
ܢܘܠܕ	ܢܬܬܘܠܕ	ܢܫܘܚܕ	ܢܫܬܘܚܕ
*ܬܘܠܕ	*ܬܬܬܘܠܕ	*ܬܫܘܚܕ	*ܬܫܬܘܚܕ
ܬܘܠܕܝ	ܬܬܬܘܠܕܝ	ܬܫܘܚܕܝ	ܬܫܬܘܚܕܝ
ܬܘܠܕ	ܬܬܬܘܠܕ	ܬܫܘܚܕ	ܬܫܬܘܚܕ
ܬܘܠܕܝܢ	ܬܬܬܘܠܕܝܢ	ܬܫܘܚܕܝܢ	ܬܫܬܘܚܕܝܢ
ܐܘܠܕ	ܐܬܬܘܠܕ	ܐܫܘܚܕ	ܐܫܬܘܚܕ
ܢܘܠܕܘܢ	ܢܬܬܘܠܕܘܢ	ܢܫܘܚܕܘܢ	ܢܫܬܘܚܕܘܢ
ܢ̈ܘܠܕܢ	ܢܬ̈ܬܘܠܕܢ	ܢ̈ܫܘܚܕܢ	ܢܫ̈ܬܘܚܕܢ
ܬܘܠܕܘܢ	ܬܬܬܘܠܕܘܢ	ܬܫܘܚܕܘܢ	ܬܫܬܘܚܕܘܢ
ܬ̈ܘܠܕܢ	ܬܬ̈ܬܘܠܕܢ	ܬ̈ܫܘܚܕܢ	ܬܫ̈ܬܘܚܕܢ
ܢܘܠܕ	ܢܬܬܘܠܕ	ܢܫܘܚܕ	ܢܫܬܘܚܕ
ܐܘܠܕ	ܐܬܬܘܠܕ	ܫܘܚܕ	ܐܫܬܘܚܕ
ܐܘܠܕܝ	ܐܬܬܘܠܕܝ	ܫܘܚܕܝ	ܐܫܬܘܚܕܝ
ܐܘܠܕܘ ܢ	ܐܬܬܘܠܕܘ ܢ	ܫܘܚܕܘ ܢ	ܐܫܬܘܚܕܘ ܢ
ܐܘ̈ܠܕܝ ܢ	ܐܬܬ̈ܘܠܕܝ ܢ	ܫ̈ܘܚܕܝ ܢ	ܐܫ̈ܬܘܚܕܝ ܢ
ܡܘܠܕܘ	ܡܬܬܘܠܕܘ	ܡܫܘܚܕܘ	ܡܫܬܘܚܕܘ
ܡܘܠܕ		ܡܫܘܚܕ	
ܡܘܠܕ	ܡܬܬܘܠܕ	ܡܫܘܚܕ	ܡܫܬܘܚܕ

47. Verba ʿAin-alef. Vocalis secundæ radicalis propria in his verbis est ܶ in perfecto, et ܰ in futuro, at transit in primam radicalem quoties hæc vocali caret, sic ܒܶܐܫܬ ܢܶܒܐܰܫ pro ܒܶܐܫ (*b'eś*) ܢܶܒܼܐܰܫ (*nebh-aś*) : illud ܰ futuri attenuatur in ܶ ubi syllabam apertam constituit : ܬܶܒܐܫܘܢ etc., at in imperat. ܒܶܐܫܘ etc. Radicalis *àlaf* non pronuntiatur nisi in partic. act. formæ *pʿal* et in forma *paʿel* et *ethpaʿal* quando in istis a flexione ei servatur sua vocalis (§ 2). In participio passivo *pʿil* scribitur ܝ ܫܺܝܠ, alias servatur ܐ et additur ܝ ܫܐܺܝܠ.

In futuro formæ *pʿal* invenitur interdum secunda radicalis ܐ translata ante primam, sic ex ܥܠܰܡ ܐܬܥܠܶܡ *molesta erit* pro ܬܶܥܠܰܡ, ܐܬܒܰܫ pro ܢܶܒܐܰܫ ; item et ܐܬܟܰܠ pro ܐܬܟܶܠ.

48. Verba ʿAin-uau. Verba quæ habent ܘ pro secunda radicali, si illud cum sua vocali servarunt ut ܬܘܰܗ *stupuit*, ܪܘܰܙ *exultavit* etc., flectuntur ut verba firma. Quæ autem secundam radicalem ܘ amiserunt, illud compensaverunt longa vocali assumpta in prima radicali ex. gr. ܩܳܡ *surrexit*, et peculiarem habent flexionem quam exhibet sequens paradigma. Notanda primæ radicalis vocalis quæ, varia quidem in diversis formis et temporibus, semper in prima fixa retinetur : unde et præfixa personalia quæ illam immediate præcedunt (excepto ܐ) vocalem non accipiunt et unam cum illa syllabam constituunt, sic ܢܩܽܘܡ, ܬܩܽܘܡ, etc. ; at ܐܩܽܘܡ, mox ܢܩܽܘܡܘܢ etc.

Excepto ܣܳܡ *posuit* in fut. ܢܣܺܝܡ, hæc verba in futuro habent vocalem ܽ, in qua illud ܘ radicale partim adhuc viget, utique confusum in illa, est enim hoc ܽ *u* intensum (§ 9) ܢܩܽܘܡ (et etiam ܡܺܝܬ *mortuus est* fut. ܢܡܽܘܬ), dum in aliis verbis est leve ܢܶܟܬܽܘܒ (§ 27), unde non excidit, sic ܬܩܽܘܡܽܘܢ non ܬܩܽܘܡܢ ut ܬܶܩܛܠܽܘܢ ex ܢܶܩܛܽܘܠ, etc.

In participio activo formæ *pʿal* ܩܳܐܶܡ, *àlaf* primitus pro sono gutturali (§ 2), positum est ad sustentandam vocalem ܶ propriam formæ participii, in pronunciatione postea per ܝ redditum, etiam ܝ scrip-

tum est quando, accedente terminatione, vocali destituitur ܡܣܡܟܐ , ܡܣܡܟܝܢ etc.

Usus invaluit addendi ܬ post præfixum formæ *ethp'el*, unde illa non amplius distinguitur a forma *ettaf'al* quæ in his verbis non habet vocalem in secundo ܬ præfixi.

Nota : ex ܨܕ *venatus est* habetur *ethp'el* ܐܬܬܨܝܕ absque metathesi et permutatione (§ 30) ; mox vero ܐܬܛܦܝܣ , plerumque pro ܐܬܬܦܝܣ , ex πεῖσαι, adhibito ܛ pro ܬ ob illius π duritiem.

49. Verba 'Ain-geminatæ. Quæ verba eamdem litteram habent in secunda et tertia radicali flectuntur in formis *ethp'el*, *pa'el*, *ethpa'al* ut verba firma.

In *p'al*, *af'el* ac *ettaf'al* contrahunt duas ultimas radicales in unam quæ ut simplex pronunciatur, præter quam in tertia fem. et prima persona præteriti *p'al* ܪܓܬ , ܪܓܬ : ubi autem accedunt præfixa vocali instructa reduplicant primam radicalem, nempe in fut. et infinit. *p'al*, et in universa forma *af'el* ac *ettaf'al*. In his casibus eumdem typum habent ac verba *P-nun*, cujus rei ratio habenda est ut rite propria utriusque classis radix distinguatur. Nota ܥܠ format ܡܥܠܠ , ܐܬܥܘܠܠ ut verba firma.

In participio act. formæ *p'al* simplex manet secunda radicalis, et ܐ adhibetur ad vocalem ܶ sustentandam ܒܐܙ *prædans*, at accedente terminatione, reduplicatur secunda radicalis et excluditur ܐ ܪܓܓܝܢ *cupientes* : (si quando etiam in hoc casu ܐ scriptum invenitur, in pronunciatione negligitur.)

	Pʿal	Ethpʿel
Praet. 3 m.	ܟܬܰܒ	ܐܶܬ݂ܟܬܶܒ (ܐܶܬ݂ܟܬܶܒ)
3 f.	ܟܶܬ݂ܒܰܬ݂	ܐܶܬ݂ܟܬܒܰܬ݂ * ܐܶܬ݂ܟܰܬ݂ܒܰܬ݂
2 m.	ܟܬܰܒܬ	ܐܶܬ݂ܟܬܶܒܬ
2 f.	ܟܬܰܒܬܝ	ܐܶܬ݂ܟܬܶܒܬܝ
1 c.	ܟܶܬ݂ܒܶܬ݂	ܐܶܬ݂ܟܬܒܶܬ݂ * ܐܶܬ݂ܟܰܬ݂ܒܶܬ݂
pl. 3 m.	ܟܬܰܒܘ ـܘܢ	ܐܶܬ݂ܟܬܶܒܘ ـܘܢ
3 f.	ܟܬܰܒ* ܟܬܰܒܶܝܢ / ܟܬܰܒܝ ܟܬܰܒܶܝܢ	ܐܶܬ݂ܟܬܶܒ* ـܶܝܢ / ܐܶܬ݂ܟܬܶܒܝ ـܝܢ
2 m.	ܟܬܰܒܬܘܢ	ܐܶܬ݂ܟܬܶܒܬܘܢ
2 f.	ܟܬܰܒܬܶܝܢ	ܐܶܬ݂ܟܬܶܒܬܶܝܢ
1 c.	ܟܬܰܒܢ ـܢܢ	ܐܶܬ݂ܟܬܶܒܢ ـܢܢ
Fut. 3 m.	ܢܶܟܬܽܘܒ	ܢܶܬ݂ܟܬܶܒ
3 f.	ܬܶܟܬܽܘܒ* / ܬܶܟܬܒܝ	ܬܶܬ݂ܟܬܶܒ* / ܬܶܬ݂ܟܬܒܝ
2 m.	ܬܶܟܬܽܘܒ	ܬܶܬ݂ܟܬܶܒ
2 f.	ܬܶܟܬܒܝܢ	ܬܶܬ݂ܟܬܒܝܢ * ܬܶܬ݂ܟܰܬ݂ܒܝܢ
1 c.	ܐܶܟܬܽܘܒ	ܐܶܬ݂ܟܬܶܒ
pl. 3 m.	ܢܶܟܬܒܘܢ	ܢܶܬ݂ܟܬܒܘܢ * ܢܶܬ݂ܟܰܬ݂ܒܘܢ
3 f.	ܢܶܟܬܒܳܢ	ܢܶܬ݂ܟܬܒܳܢ * ܢܶܬ݂ܟܰܬ݂ܒܳܢ
2 m.	ܬܶܟܬܒܘܢ	ܬܶܬ݂ܟܬܒܘܢ * ܬܶܬ݂ܟܰܬ݂ܒܘܢ
2 f.	ܬܶܟܬܒܳܢ	ܬܶܬ݂ܟܬܒܳܢ * ܬܶܬ݂ܟܰܬ݂ܒܳܢ
1 c.	ܢܶܟܬܽܘܒ	ܢܶܬ݂ܟܬܶܒ
Imp. 2 m.	ܟܬܽܘܒ	ܐܶܬ݂ܟܬܶܒ
2 f.	ܟܬܽܘܒܝ	ܐܶܬ݂ܟܬܶܒܝ
pl. 2 m.	ܟܬܽܘܒܘ ܟܬܽܘܒܘܢ	ܐܶܬ݂ܟܬܶܒܘ ـܘܢ
2 f.	ܟܬܽܘܒܝ ܟܬܽܘܒܶܝܢ	ܐܶܬ݂ܟܬܶܒܝ ـܝܢ
Infinit.	ܡܶܟܬܰܒ	ܡܶܬ݂ܟܬܳܒܘ
Part. act.	ܟܳܬܶܒ	
Part. pass.	ܟܬܺܝܒ ܟܬܺܝܒܳܐ	ܡܶܬ݂ܟܬܶܒ

Paʿel		Ethpaʿal		Afʿel	Ettafʿal
ܠܰܐܶܒ	ܪܰܝܶܡ	ܐܶܬܠܰܐܰܒ	ܐܶܬܪܰܝܰܡ	ܐܰܪܺܝܡ	ܐܶܬܬܪܺܝܡ
ܠܰܐܶܒܬ	ܪܰܝܡܰܬ			ܐܰܪܺܝܡܰܬ	ܐܶܬܬܪܺܝܡܰܬ
ܠܰܐܶܒܬ	ܪܰܝܶܡܬ			ܐܰܪܺܝܡܬ	ܐܶܬܬܪܺܝܡܬ
etc.				ܐܰܪܺܝܡܬܝ	ܐܶܬܬܪܺܝܡܬܝ
				ܐܰܪܺܝܡܶܬ	ܐܶܬܬܪܺܝܡܶܬ
				ܐܰܪܺܝܡܘ ܘܢ	ܐܶܬܬܪܺܝܡܘ ܘܢ
				*ܐܰܪܺܝܡ ܶܝܢ }	*ܐܶܬܬܪܺܝܡ ܶܝܢ }
				ܐܰܪܺܝܡܝ ܝܢ }	ܐܶܬܬܪܺܝܡܝ ܝܢ }
				ܐܰܪܺܝܡܬܘܢ	ܐܶܬܬܪܺܝܡܬܘܢ
				ܐܰܪܺܝܡܬܶܝܢ	ܐܶܬܬܪܺܝܡܬܶܝܢ
				ܐܰܪܺܝܡܢ ܢ	ܐܶܬܬܪܺܝܡܢ ܢ
ܢܠܰܐܶܒ	ܢܪܰܝܶܡ	ܢܶܬܠܰܐܰܒ	ܢܶܬܪܰܝܰܡ	ܢܪܺܝܡ	ܢܶܬܬܪܺܝܡ
				*ܬܪܺܝܡ }	*ܬܶܬܬܪܺܝܡ }
				ܬܪܺܝܡܝ }	ܬܶܬܬܪܺܝܡܝ }
				ܬܪܺܝܡ	ܬܶܬܬܪܺܝܡ
				ܬܪܺܝܡܺܝܢ	ܬܶܬܬܪܺܝܡܺܝܢ
				ܐܪܺܝܡ	ܐܶܬܬܪܺܝܡ
				ܢܪܺܝܡܘܢ	ܢܶܬܬܪܺܝܡܘܢ
				ܢܪܺܝܡܳܢ	ܢܶܬܬܪܺܝܡܳܢ
				ܬܪܺܝܡܘܢ	ܬܶܬܬܪܺܝܡܘܢ
				ܬܪܺܝܡܳܢ	ܬܶܬܬܪܺܝܡܳܢ
				ܢܪܺܝܡ	ܢܶܬܬܪܺܝܡ
ܠܰܐܶܒ	ܪܰܝܶܡ	ܐܶܬܠܰܐܰܒ	ܐܶܬܪܰܝܰܡ	ܐܰܪܺܝܡ	ܐܶܬܬܪܺܝܡ
				ܐܰܪܺܝܡܝ	ܐܶܬܬܪܺܝܡܝ
				ܐܰܪܺܝܡܘ ܘܢ	ܐܶܬܬܪܺܝܡܘ ܘܢ
				ܐܰܪܺܝܡܶܝܢ ܶܝܢ	ܐܶܬܬܪܺܝܡܶܝܢ ܶܝܢ
ܡܠܰܐܒܘ	ܡܪܰܝܳܡܘ	ܡܶܬܠܰܐܒܘ	ܡܶܬܪܰܝܳܡܘ	ܡܰܪܳܡܘ	ܡܶܬܬܪܳܡܘ
ܡܠܰܐܶܒ	ܡܪܰܝܶܡ			ܡܰܪܺܝܡ	
ܡܠܰܐܰܒ	ܡܪܰܝܰܡ	ܡܶܬܠܰܐܰܒ	ܡܶܬܪܰܝܰܡ	ܡܰܪܰܡ	ܡܶܬܬܪܰܡ

	P'al	Ethp'el	Pa'el	Ethpa'al
Praet. 3 m.	ܩܛܠ	ܐܬܩܛܠ	ܩܛܠ	ܐܬܩܛܠ
3 f.	ܩܛܠܬ	ܐܬܩܛܠܬ	ܩܛܠܬ	ܐܬܩܛܠܬ
2 m.	ܩܛܠܬ	ܐܬܩܛܠܬ	ܩܛܠܬ	ܐܬܩܛܠܬ
2 f.	ܩܛܠܬܝ	ܐܬܩܛܠܬܝ	ܩܛܠܬܝ	ܐܬܩܛܠܬܝ
1 c.	ܩܛܠܬ	ܐܬܩܛܠܬ	ܩܛܠܬ	ܐܬܩܛܠܬ
pl. 3 m.	ܩܛܠܘ ـܘܢ	ܐܬܩܛܠܘ ـܘܢ	ܩܛܠܘ ـܘܢ	ܐܬܩܛܠܘ ـܘܢ
3 f.	*ܩܛܠ ـܝܢ ܩܛܠܝ ـܝܢ	*ܐܬܩܛܠ ـܝܢ ܐܬܩܛܠܝ ـܝܢ	*ܩܛܠ ـܝܢ ܩܛܠܝ ـܝܢ	*ܐܬܩܛܠ ـܝܢ ܐܬܩܛܠܝ ـܝܢ
2 m.	ܩܛܠܬܘܢ	ܐܬܩܛܠܬܘܢ	ܩܛܠܬܘܢ	ܐܬܩܛܠܬܘܢ
2 f.	ܩܛܠܬܝܢ	ܐܬܩܛܠܬܝܢ	ܩܛܠܬܝܢ	ܐܬܩܛܠܬܝܢ
1 c.	ܩܛܠܢ ـܢ	ܐܬܩܛܠܢ ـܢ	ܩܛܠܢ ـܢ	ܐܬܩܛܠܢ ـܢ
Fut. 3 m.	ܢܩܛܘܠ	ܢܬܩܛܠ	ܢܩܛܠ	ܢܬܩܛܠ
3 f.	*ܬܩܛܘܠ ܬܩܛܘܠܝ	*ܬܬܩܛܠ ܬܬܩܛܠܝ	*ܬܩܛܠ ܬܩܛܠܝ	*ܬܬܩܛܠ ܬܬܩܛܠܝ
2 m.	ܬܩܛܘܠ	ܬܬܩܛܠ	ܬܩܛܠ	ܬܬܩܛܠ
2 f.	ܬܩܛܠܝܢ	ܬܬܩܛܠܝܢ	ܬܩܛܠܝܢ	ܬܬܩܛܠܝܢ
1 c.	ܐܩܛܘܠ	ܐܬܩܛܠ	ܐܩܛܠ	ܐܬܩܛܠ
pl. 3 m.	ܢܩܛܠܘܢ	ܢܬܩܛܠܘܢ	ܢܩܛܠܘܢ	ܢܬܩܛܠܘܢ
3 f.	ܢܩܛܠܢ	ܢܬܩܛܠܢ	ܢܩܛܠܢ	ܢܬܩܛܠܢ
2 m.	ܬܩܛܠܘܢ	ܬܬܩܛܠܘܢ	ܬܩܛܠܘܢ	ܬܬܩܛܠܘܢ
2 f.	ܬܩܛܠܢ	ܬܬܩܛܠܢ	ܬܩܛܠܢ	ܬܬܩܛܠܢ
1 c.	ܢܩܛܘܠ	ܢܬܩܛܠ	ܢܩܛܠ	ܢܬܩܛܠ
Imp. 2 m.	ܩܛܘܠ	ܐܬܩܛܠ	ܩܛܠ	ܐܬܩܛܠ
2 f.	ܩܛܘܠܝ	ܐܬܩܛܠܝ	ܩܛܠܝ	ܐܬܩܛܠܝ
pl. 2 m.	ܩܛܘܠܘ ـܘܢ	ܐܬܩܛܠܘ ـܘܢ	ܩܛܠܘ ـܘܢ	ܐܬܩܛܠܘ ـܘܢ
2 f.	ܩܛܘܠܝ ـܝܢ	ܐܬܩܛܠܝ ـܝܢ	ܩܛܠܝ ـܝܢ	ܐܬܩܛܠܝ ـܝܢ
Infinit.	ܡܩܛܠ	ܡܬܩܛܠܘ	ܡܩܛܠܘ	ܡܬܩܛܠܘ
Part. act.	ܩܐܛܠ		ܡܩܛܠ	
Part. pass.	ܩܛܝܠ	ܡܬܩܛܠ	ܡܩܛܠ	ܡܬܩܛܠ

Afʿel	Ettafʿal	Palpel § 55	Ethpalpal
ܐܩܝܡ	ܐܬܬܩܝܡ	ܩܘܡܡ	ܐܬܩܘܡܡ
ܐܩܝܡܬ	*ut Ethpʿel*	ܩܘܡܡܬ	ܐܬܩܘܡܡܬ
ܐܩܝܡܬ		ܩܘܡܡܬ	ܐܬܩܘܡܡܬ
ܐܩܝܡܬܝ		ܩܘܡܡܬܝ	ܐܬܩܘܡܡܬܝ
ܐܩܝܡܬ		ܩܘܡܡܬ	ܐܬܩܘܡܡܬ
ܐܩܝܡܘ ـܘܢ		ܩܘܡܡܘ ـܘܢ	ܐܬܩܘܡܡܘ ـܘܢ
*ܐܩܝܡ ـ̈ܝܢ		*ܩܘܡܡ ـ̈ܝܢ	*ܐܬܩܘܡܡ ـ̈ܝܢ
ܐܩܝ̈ܡܝ ـܢ		ܩܘ̈ܡܡܝ ـܢ	ܐܬܩܘ̈ܡܡܝ ـܢ
ܐܩܝܡܬܘܢ		ܩܘܡܡܬܘܢ	ܐܬܩܘܡܡܬܘܢ
ܐܩܝܡܬܝܢ		ܩܘܡܡܬܝܢ	ܐܬܩܘܡܡܬܝܢ
ܐܩܝܡܢ ܢ		ܩܘܡܡܢ ܢ	ܐܬܩܘܡܡܢ ܢ
ܢܩܝܡ	ܢܬܬܩܝܡ	ܢܩܘܡܡ	ܢܬܩܘܡܡ
*ܬܩܝܡ		*ܬܩܘܡܡ	*ܬܬܩܘܡܡ
ܬܩܝܡܝܢ		ܬܩܘܡܡܝܢ	ܬܬܩܘܡܡܝܢ
ܬܩܝܡ		ܬܩܘܡܡ	ܬܬܩܘܡܡ
ܬܩܝܡܝܢ		ܬܩܘܡܡܝܢ	ܬܬܩܘܡܡܝܢ
ܐܩܝܡ		ܐܩܘܡܡ	ܐܬܩܘܡܡ
ܢܩܝܡܘܢ		ܢܩܘܡܡܘܢ	ܢܬܩܘܡܡܘܢ
ܢܩܝ̈ܡܢ		ܢܩܘ̈ܡܡܢ	ܢܬܩܘ̈ܡܡܢ
ܬܩܝܡܘܢ		ܬܩܘܡܡܘܢ	ܬܬܩܘܡܡܘܢ
ܬܩܝ̈ܡܢ		ܬܩܘ̈ܡܡܢ	ܬܬܩܘ̈ܡܡܢ
ܢܩܝܡ		ܢܩܘܡܡ	ܢܬܩܘܡܡ
ܐܩܝܡ	ܐܬܬܩܝܡ	ܩܘܡܡ	ܐܬܩܘܡܡ
ܐܩܝܡܝ		ܩܘܡܡܝ	ܐܬܩܘܡܡܝ
ܐܩܝܡܘ ـܘܢ		ܩܘܡܡܘ ـܘܢ	ܐܬܩܘܡܡܘ ـܘܢ
ܐܩܝ̈ܡܝ ـܝܢ		ܩܘ̈ܡܡܝ ـܝܢ	ܐܬܩܘ̈ܡܡܝ ـܝܢ
ܡܩܡܘ	ܡܬܬܩܡܘ	ܡܩܘܡܡܘ	ܡܬܩܘܡܡܘ
ܡܩܝܡ		ܡܩܘܡܡ	
ܡܩܡ	ܡܬܬܩܡ	ܡܩܘܡܡ	ܡܬܩܘܡܡ

	Pʿal		Ethpʿel	Paʿel	Ethpaʿal
Praet. 3 m.	ܓܠܐ	ܚܕܝ	ܐܬܓܠܝ	ܓܠܝ	ܐܬܓܠܝ
3 f.	ܓܠܬ	ܚܕܝܬ	ܐܬܓܠܝܬ	ut ܩܛܠ	ut ܐܬܩܛܠ
2 m.	ܓܠܝܬ		ܐܬܓܠܝܬ		
2 f.	ܓܠܝܬܝ		ܐܬܓܠܝܬܝ		
1 c.	ܓܠܝܬ	ܚܕܝܬ	ܐܬܓܠܝܬ		
pl. 3 m.	ܓܠܘ ـܘܢ		ܐܬܓܠܝܘ ـܘܢ		
3 f.	*ܓܠܝ ـܝܢ / ܓܠܝܝ ـܝܢ		*ܐܬܓܠܝ ـܝܢ / ܐܬܓܠܝܝ ـܝܢ		
2 m.	ܓܠܝܬܘܢ		ܐܬܓܠܝܬܘܢ		
2 f.	ܓܠܝܬܝܢ		ܐܬܓܠܝܬܝܢ		
1 c.	ܓܠܝܢ ـܢ		ܐܬܓܠܝܢ ـܢ		
Fut. 3 m.	ܢܓܠܐ	ܢܚܕܐ	ܢܬܓܠܐ	ܢܓܠܐ	ܢܬܓܠܐ
3 f.	*ܬܓܠܐ / ܬܓܠܝܢ		*ܬܬܓܠܐ / ܬܬܓܠܝܢ		
2 m.	ܬܓܠܐ		ܬܬܓܠܐ		
2 f.	ܬܓܠܝܢ		ܬܬܓܠܝܢ		
1 c.	ܐܓܠܐ		ܐܬܓܠܐ		
pl. 3 m.	ܢܓܠܘܢ		ܢܬܓܠܘܢ ܢܬܓܠܘܢ		
3 f.	ܢܓܠܝܢ		ܢܬܓܠܝܢ		
2 m.	ܬܓܠܘܢ		ܬܬܓܠܘܢ		
2 f.	ܬܓܠܝܢ		ܬܬܓܠܝܢ		
1 c.	ܢܓܠܐ		ܢܬܓܠܐ		
Imp. 2 m.	ܓܠܝ	ܚܕܝ	ܐܬܓܠܝ	ܓܠܝ	ܐܬܓܠܝ
2 f.	ܓܠܝ		ܐܬܓܠܝ		
pl. 2 m.	ܓܠܘ ـܘܢ		ܐܬܓܠܘ ـܘܢ		
2 f.	ܓܠܝܝ ـܝܢ		ܐܬܓܠܝܝ ـܝܢ		
Infinitivus.	ܡܓܠܐ	ܡܚܕܐ	ܡܬܓܠܝܘ	ܡܓܠܝܘ	ܡܬܓܠܝܘ
Part. act.	ܓܠܐ	ܚܐܕܐ		ܡܓܠܐ	
Part. pass.	ܓܠܝܐ	ܚܕܝܐ	ܡܬܓܠܐ	ܡܓܠܝ	ܡܬܓܠܝ

Af'el	Ettaf'al	Palpel § 55.	S'af'el § 55.
ܐܒܙ	ܐܬܬܒܙ	ܒܙܒܙ	ܐܬܒܙܒܙ
ܐܒܙܬ	ܐܬܬܒܙܬ	ܒܙܒܙܬ	ܐܬܒܙܒܙܬ
ܐܒܙܬ	ܐܬܬܒܙܬ	ܒܙܒܙܬ	ܐܬܒܙܒܙܬ
ܐܒܙܬܝ	ܐܬܬܒܙܬܝ	ܒܙܒܙܬܝ	ܐܬܒܙܒܙܬܝ
ܐܒܙܬ	ܐܬܬܒܙܬ	ܒܙܒܙܬ	ܐܬܒܙܒܙܬ
ܐܒܙܘ ܘܢ	ܐܬܬܒܙܘ ܘܢ	ܒܙܒܙܘ ܘܢ	ܐܬܒܙܒܙܘ ܘܢ
*ܐܒܙ ܝܢ	*ܐܬܬܒܙ ܝܢ	*ܒܙܒܙ ܝܢ	*ܐܬܒܙܒܙ ܝܢ
ܐܒܙܝ ܢ	ܐܬܬܒܙܝ ܢ	ܒܙܒܙܝ ܢ	ܐܬܒܙܒܙܝ ܢ
ܐܒܙܬܘܢ	ܐܬܬܒܙܬܘܢ	ܒܙܒܙܬܘܢ	ܐܬܒܙܒܙܬܘܢ
ܐܒܙܬܝܢ	ܐܬܬܒܙܬܝܢ	ܒܙܒܙܬܝܢ	ܐܬܒܙܒܙܬܝܢ
ܐܒܙܢ ܢ	ܐܬܬܒܙܢ ܢ	ܒܙܒܙܢ	ܐܬܒܙܒܙܢ
ܢܒܙ	ܢܬܬܒܙ	ܢܒܙܒܙ	ܢܬܒܙܒܙ
*ܬܒܙ	*ܬܬܬܒܙ	*ܬܒܙܒܙ	*ܬܬܒܙܒܙ
ܬܒܙܝ	ܬܬܬܒܙܝ	ܬܒܙܒܙܝ	ܬܬܒܙܒܙܝ
ܬܒܙ	ܬܬܬܒܙ	ܬܒܙܒܙ	ܬܬܒܙܒܙ
ܬܒܙܝܢ	ܬܬܬܒܙܝܢ	ܬܒܙܒܙܝܢ	ܬܬܒܙܒܙܝܢ
ܐܒܙ	ܐܬܬܒܙ	ܐܒܙܒܙ	ܐܬܒܙܒܙ
ܢܒܙܘܢ	ܢܬܬܒܙܘܢ	ܢܒܙܒܙܘܢ	ܢܬܒܙܒܙܘܢ
ܢܒܙܢ	ܢܬܬܒܙܢ	ܢܒܙܒܙܢ	ܢܬܒܙܒܙܢ
ܬܒܙܘܢ	ܬܬܬܒܙܘܢ	ܬܒܙܒܙܘܢ	ܬܬܒܙܒܙܘܢ
ܬܒܙܢ	ܬܬܬܒܙܢ	ܬܒܙܒܙܢ	ܬܬܒܙܒܙܢ
ܢܒܙ	ܢܬܬܒܙ	ܢܒܙܒܙ	ܢܬܒܙܒܙ
ܐܒܙ	ܐܬܬܒܙ	ܒܙܒܙ	ܐܬܒܙܒܙ
ܐܒܙܝ	ܐܬܬܒܙܝ	ܒܙܒܙܝ	ܐܬܒܙܒܙܝ
ܐܒܙܘ ܘܢ	ܐܬܬܒܙܘ ܘܢ	ܒܙܒܙܘ ܘܢ	ܐܬܒܙܒܙܘ ܘܢ
ܐܒܙܝ ܝܢ	ܐܬܬܒܙܝ ܝܢ	ܒܙܒܙܝ ܝܢ	ܐܬܒܙܒܙܝ ܝܢ
ܡܒܙܘ	ܡܬܬܒܙܘ	ܡܒܙܒܙܘ	ܡܬܒܙܒܙܘ
ܡܒܙ		ܡܒܙܒܙ	
ܡܒܙ	ܡܬܬܒܙ	ܡܒܙܒܙ	ܡܬܒܙܒܙ

DE VERBIS LÂMADH-ÂLAF

50. Aliquot verba quæ habent ܐ pro tertia radicali illud immutatum servaverunt in flexione : inveniuntur adhibita in partic. *p'al* et in forma *pael* ac *ethpaal* : vocalis ܰ propria formæ *pael* in ܶ convertitur, etsi sonus gutturalis illius *âlaf* exciderit, unde fit etiam ut hujus vocalis, quando ei ex flexione obtingeret, (ex. gr. in 1. pers. præt.), transferatur in litteram præcedentem si hæc vocali caret. Hujus classis verba hæc fere sunt : ܒܝܐ *consolari*, ܚܕܐ vel ܚܕܝ *lætari*, ܛܢܐ vel ܛܢܦ *fœdare*, ܛܡܐ *polluere*, ܪܕܐ *erudire*, (ܫܦܐ *decorare* ex ܫܦܝܪ *pulcrum esse*).

Præt. ܒܝܐܘܢ — ܒܝܐܝܢ ܒܝܐ , ܒܝܐܘ : ܒܝܐܬ — ܒܝܐܬܘܢ ܒܝܐܬܝܢ — ܒܝܐܬ ܒܝܐܬ ܒܝܐ
ܒܝܐܬܝܢ — ܒܝܐܢ .

Fut. ܐܒܝܐܘܢ — ܢܒܝܐܢ ܢܒܝܐܘܢ : ܬܒܝܐ — ܐܒܝܐܝܢ ܐܒܝܐ — ܐܒܝܐ ܢܒܝܐ
ܢܒܝܐܢ — ܐܒܝܐܢ .

Imperat. ܒܝܐ ܒܝܐܝ : ܒܝܐܘ ܒܝܐܝܢ .

Infin. ܡܒܝܐܘ — Part. act. et pass. ܡܒܝܐ , pl. ܡܒܝܐܝܢ .

Interdum supervacaneum ܐ additum invenitur ex. gr. ܒܝܐܐ pro ܒܝܐ .

50[a]. Nota : ܬ terminationis in secundis personis præteriti non attenuatur quamvis in his verbis vocalis ei præcedat.

Usu non infrequens est assimilare in pluribus hæc verba iis sequentis classis *tertiæ-iudh*, ita ut pronuntientur finales ܘ et ܝ in diphtongum cum præcedente vocali ܒܝܘ *bayyau*, ܒܝܝ *bayyai* tertiæ personæ plurales : imo etiam in imperat. fem. sing. pro ܐܬܒܝܐܝ ponatur ܐܬܒܝܝ ut ܐܬܓܠܝ quod est ex verbis *tertiæ-iudh*.

51. Ad verba *tertiæ-iudh* pertinent etiam ea qua primitus ܘ habebant pro tertia radicali, illud enim in ܝ mutarunt.

Hæc verborum classis exhibet in præterito *pʿal* duplicem typum quoad vocalem characteristicam, quæ ut plurimum est ܳ , in intransitivis autem non paucis est ܺ ; ex his tamen pleraque utroque modo vocali affecta reperiuntur — Vocalis ܳ in 3. pers. sing. integra viget, in reliquis personis attenuatur ; vocalis ܺ perstat in omnibus personis.

In formis auctis vocalis præteriti constanter est ܺ , illa futuri in omnibus formis, etiam *pʿal*, est ܶ , quam tamen terminationes quædam immutant, ut videre est in sequente paradigmate.

Idem advertendum est de vocale ܳ propria imperativi in formis auctis, excepto *ethpʿel* : in hac forma imperativum flectunt syri orientales (nonnunquam et occidentales) ut in verbis firmis cum vocale in prima radicali ; orientales aliud ܝ in fine addunt : ܐܶܬܓܰܠܝ .

51ᵃ. Nota : littera ܬ terminationis in secundis personis præteriti dura manet etiam post vocalem.

Litteræ ܘ et ܝ finales pronuntiantur in his verbis quando cum præcedente vocale formare possunt diphtongos *au iu âi ai*.

Tertia persona plur. fem. in his verbis *sеyâmê* notatur.

52. Participium cum pronomine adhibitum ad exprimendum tempus præsens contrahi potest sequenti modo.

	Activum		Passivum	
1 p. c.	ܓܳܠܶܢܳܐ		—	
2 p. m.	ܓܳܠܶܬ	f. ܓܳܠܝܳܬܝ	m. ܓܠܶܬ	f. ܓܠܝܳܬܝ
Pl. 1 p. c.	ܓܳܠܶܝܢܰܢ		c. ܓܠܶܝܢܰܢ	
2 m.	ܓܳܠܶܝܬܽܘܢ	f. ܓܳܠܝܳܢܬܶܝܢ	m. ܓܠܶܝܬܽܘܢ	f. ܓܠܝܳܢܬܶܝܢ

Pro tertia persona, si adhibetur pronomen cum participio, vel præponitur vel postponitur sejunctum.

Eodem modo fit contractio in formis auctis : ܡܓܰܠܶܢܳܐ , ܡܓܰܠܶܝܢܰܢ etc.

	P'al		Ethp'el
Praet. 3 m.	ܩܛܰܠ	ܣܡܶܟ	ܐܶܬܩܛܶܠ
3 f.	ܩܶܛܠܰܬ	ܣܶܡܟܰܬ	ܐܶܬܩܰܛܠܰܬ
2 m.	ܩܛܰܠܬ	ܣܡܶܟܬ	ܐܶܬܩܛܶܠܬ
2 f.	ܩܛܰܠܬܝ	ܣܡܶܟܬܝ	ܐܶܬܩܛܶܠܬܝ
1 c.	ܩܶܛܠܶܬ * ܩܛܠܶܬ	ܣܶܡܟܶܬ	ܐܶܬܩܰܛܠܶܬ
pl. 3 m.	ܩܛܰܠܘ , ܩܛܰܠܘܢ ܩܛܰܠܽܘ	ܣܡܶܟܘ , ـܘܢ	ܐܶܬܩܛܶܠܘ , ـܘܢ
3 f.	ܩܛܰܠܝ , ܩܛܰܠܶܝܢ	ܣܡܶܟܝ , ـܶܝܢ	ܐܶܬܩܛܶܠܝ ܐܶܬܩܛܶܠܶܝܢ
2 m.	ܩܛܰܠܬܽܘܢ	ܣܡܶܟܬܽܘܢ	ܐܶܬܩܛܶܠܬܽܘܢ
2 f.	ܩܛܰܠܬܶܝܢ	ܣܡܶܟܬܶܝܢ	ܐܶܬܩܛܶܠܬܶܝܢ
1 c.	ܩܛܰܠܢ , ـܰܢ	ܣܡܶܟܢ , ـܰܢ	ܐܶܬܩܛܶܠܢ , ـܰܢ
Fut. 3 m.	ܢܶܩܛܽܘܠ		ܢܶܬܩܛܶܠ
3 f.	ܬܶܩܛܽܘܠ		ܬܶܬܩܛܶܠ
2 m.	ܬܶܩܛܽܘܠ		ܬܶܬܩܛܶܠ
2 f.	ܬܶܩܛܠܽܝܢ		ܬܶܬܩܛܠܺܝܢ
1 c.	ܐܶܩܛܽܘܠ		ܐܶܬܩܛܶܠ
pl. 3 m.	ܢܶܩܛܠܽܘܢ		ܢܶܬܩܛܠܽܘܢ
3 f.	ܢܶܩܛܠܳܢ		ܢܶܬܩܰܛܠܳܢ
2 m.	ܬܶܩܛܠܽܘܢ		ܬܶܬܩܛܠܽܘܢ
2 f.	ܬܶܩܛܠܳܢ		ܬܶܬܩܰܛܠܳܢ
1 c.	ܢܶܩܛܽܘܠ		ܢܶܬܩܛܶܠ
Imp. 2 m.	ܩܛܽܘܠ		ܐܶܬܩܛܶܠ * ܐܶܬܩܰܛܰܠ
2 f.	ܩܛܽܘܠܝ		ܐܶܬܩܛܶܠܝ
pl. 2 m.	ܩܛܽܘܠܘ , ܩܛܽܘܠܘܢ : ܩܛܽܘܠܽܘܢ		ܐܶܬܩܛܶܠܘ
2 f.	ܩܛܽܘܠܶܝܢ		ܐܶܬܩܛܶܠܶܝܢ
Infinit.	ܡܶܩܛܰܠ		ܡܶܬܩܛܳܠܽܘ
Part. act. sing. m.	ܩܳܛܶܠ		
f.	ܩܳܛܠܳܐ		
pl. m.	ܩܳܛܠܺܝܢ		
f.	ܩܳܛܠܳܢ		
Part. pass. sing. m.	ܩܛܺܝܠ		m. ܡܶܬܩܛܶܠ
f.	ܩܛܺܝܠܳܐ		f. ܡܶܬܩܰܛܠܳܐ
pl. m.	ܩܛܺܝܠܺܝܢ		m. ܡܶܬܩܰܛܠܺܝܢ
f.	ܩܛܺܝܠܳܢ		f. ܡܶܬܩܰܛܠܳܢ

Pa'el	Ethpa'al	Af'el	Ettaf'al
ܓܰܠܺܝ	ܐܶܬ݂ܓܰܠܺܝ	ܐܰܓܠܺܝ	ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܺܝ
ܓܰܠܝܰܬ	ܐܶܬ݂ܓܰܠܝܰܬ	ܐܰܓܠܝܰܬ	ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܝܰܬ
ܓܰܠܺܝܬ	ܐܶܬ݂ܓܰܠܺܝܬ	ܐܰܓܠܺܝܬ	ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܺܝܬ
ܓܰܠܺܝܬܝ	ܐܶܬ݂ܓܰܠܺܝܬܝ	ܐܰܓܠܺܝܬܝ	ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܺܝܬܝ
ܓܰܠܺܝܬ	ܐܶܬ݂ܓܰܠܺܝܬ	ܐܰܓܠܺܝܬ	ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܺܝܬ
ܓܰܠܺܝܘ ܘܢ	ܐܶܬ݂ܓܰܠܺܝܘ ܘܢ	ܐܰܓܠܺܝܘ ܘܢ	ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܺܝܘ ܘܢ
ܓܰܠܝܳܝ ܝܶܢ	ܐܶܬ݂ܓܰܠܝܳܝ ܝܶܢ	ܐܰܓܠܝܳܝ ܝܶܢ	ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܝܳܝ ܝܶܢ
ܓܰܠܺܝܬܽܘܢ	ܐܶܬ݂ܓܰܠܺܝܬܽܘܢ	ܐܰܓܠܺܝܬܽܘܢ	ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܺܝܬܽܘܢ
ܓܰܠܺܝܬܶܝܢ	ܐܶܬ݂ܓܰܠܺܝܬܶܝܢ	ܐܰܓܠܺܝܬܶܝܢ	ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܺܝܬܶܝܢ
ܓܰܠܺܝܢ	ܐܶܬ݂ܓܰܠܺܝܢ	ܐܰܓܠܺܝܢ	ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܺܝܢ
ܢܓܰܠܶܐ	ܢܶܬ݂ܓܰܠܶܐ	ܢܰܓܠܶܐ	ܢܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܶܐ
ܬܓܰܠܶܐ	ܬܶܬ݂ܓܰܠܶܐ	ܬܰܓܠܶܐ	ܬܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܶܐ
ܬܓܰܠܶܐ	ܬܶܬ݂ܓܰܠܶܐ	ܬܰܓܠܶܐ	ܬܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܶܐ
ܬܓܰܠܶܝܢ	ܬܶܬ݂ܓܰܠܶܝܢ	ܬܰܓܠܶܝܢ	ܬܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܶܝܢ
ܐܓܰܠܶܐ	ܐܶܬ݂ܓܰܠܶܐ	ܐܰܓܠܶܐ	ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܶܐ
ܢܓܰܠܽܘܢ	ܢܶܬ݂ܓܰܠܽܘܢ	ܢܰܓܠܽܘܢ	ܢܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܽܘܢ
ܢܓܰܠܝܳܢ	ܢܶܬ݂ܓܰܠܝܳܢ	ܢܰܓܠܝܳܢ	ܢܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܝܳܢ
ܬܓܰܠܽܘܢ	ܬܶܬ݂ܓܰܠܽܘܢ	ܬܰܓܠܽܘܢ	ܬܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܽܘܢ
ܬܓܰܠܝܳܢ	ܬܶܬ݂ܓܰܠܝܳܢ	ܬܰܓܠܝܳܢ	ܬܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܝܳܢ
ܢܓܰܠܶܐ	ܢܶܬ݂ܓܰܠܶܐ	ܢܰܓܠܶܐ	ܢܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܶܐ
ܓܰܠܳܐ	ܐܶܬ݂ܓܰܠܳܐ	ܐܰܓܠܳܐ	ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܳܐ
ܓܰܠܳܝ	ܐܶܬ݂ܓܰܠܳܝ	ܐܰܓܠܳܝ	ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܳܝ
ܓܰܠܰܘ	ܐܶܬ݂ܓܰܠܰܘ	ܐܰܓܠܰܘ	ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܰܘ
ܓܰܠܰܝܶܝܢ	ܐܶܬ݂ܓܰܠܰܝܶܝܢ	ܐܰܓܠܰܝܶܝܢ	ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܰܝܶܝܢ
ܡܓܰܠܳܝܽܘ	ܡܶܬ݂ܓܰܠܳܝܽܘ	ܡܰܓܠܳܝܽܘ	ܡܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܳܝܽܘ
m. ܡܓܰܠܶܐ		m. ܡܰܓܠܶܐ	m. ܡܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܶܐ
f. ܡܓܰܠܝܳܐ		f. ܡܰܓܠܝܳܐ	f. ܡܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܝܳܐ
m. ܡܓܰܠܶܝܢ		m. ܡܰܓܠܶܝܢ	m. ܡܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܶܝܢ
f. ܡܓܰܠܝܳܢ		f. ܡܰܓܠܝܳܢ	f. ܡܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܝܳܢ
m. ܡܓܰܠܝ	m. ܡܶܬ݂ܓܰܠܶܐ	m. ܡܰܓܠܝ	m. ܡܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܝ
f. ܡܓܰܠܝܳܐ	f. ܡܶܬ݂ܓܰܠܝܳܐ	f. ܡܰܓܠܝܳܐ	f. ܡܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܝܳܐ
m. ܡܓܰܠܰܝܢ	m. ܡܶܬ݂ܓܰܠܶܝܢ	m. ܡܰܓܠܰܝܢ	m. ܡܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܰܝܢ
f. ܡܓܰܠܝܳܢ	f. ܡܶܬ݂ܓܰܠܝܳܢ	f. ܡܰܓܠܝܳܢ	f. ܡܶܬ݁ܬ݁ܰܓܠܝܳܢ

53. Verba quæ duas radicales infirmas habent, generatim, servant pro unaquaque regulas cuique ex iis proprias quæ præpositæ sunt.

Sic et verbis *P-àlaf* quæ simul habent tertiam ܝ habetur ex ܐܦܳܐ ܢܶܐܦܶܐ *coquet,* imperat. ܐܶܦܺܝ , etc.

Ex verbis *P-iudh* quæ etiam in tertia ܝ habent, habetur ex ܝܥܳܐ *germinavit* fut. ܢܶܐܥܶܐ , *af'el* ܐܰܘܥܺܝ .

53a. Ex verbis *P-nun* quæ in tertia ܝ habent, habetur ex ܢܟܳܐ *nocuit* fut. ܢܶܟܶܐ , *af'el* ܐܰܟܺܝ , sed in imperativo *p'al* hæc verba servant ܢ ܢܟܺܝ . — Quæ autem in secunda radicali habent ܘ ubique servant ܢ , pariter ܢ ubique servant si sunt ex verbis *secundæ geminatæ*, sic ܢܢܽܘܡ fut. ex ܢܳܡ *dormire*, ܐܰܢܺܝܚ *requiem dedit* *af'el* ex ܢܳܚ , ܢܢܺܝܚ et ܢܶܢܣܶܣ fut. ex ܢܰܣ *infirmus fuit*.

Ex verbis *ain-uau* quæ habent ܝ pro tertia radicali servant sonum consonantis in littera ܘ et flectuntur ut verba *tertiæ-iudh* : sic ex ܗܘܳܐ *fuit* ܗܘܳܬ , ܗܘܰܝܬ etc. ܢܶܗܘܶܐ ܐܶܗܘܶܐ etc. (habet tamen hoc verbum ܗܘܳܐ in futuro etiam formam apocopatam ܢܶܗܶܐ , ܐܶܗܶܐ etc.).

Etiam verba *ain-àlaf* si pro tertia radicali habent ܝ flectuntur ut verba *tertiæ-iudh*, at vocalem secundæ radicalis retrahunt in primam, sic ܕܘܳܐ *increpavit* ܕܘܳܬ , ܕܘܳܘ etc. ܕܘܺܝ , ܕܘܰܝܬ ; ܐܶܬܕܘܺܝ : ܠܐܶܝ *defatigatus est*. ܠܐܶܝܬ . ܠܐܶܝܢ ; ܠܐܰܝܢ . ܠܐܶܝ et ܠܐܶܝܬܶܝܢ : fut. ܢܶܠܐܶܐ etc., ܢܶܠܐܝܳܢ *defatigabuntur* (fem.).

DE VERBIS PLURILITTERIS

54. In syriaca lingua, ut in ceteris semiticis linguis, pauca sunt verba quæ radicem quadrilitteram habent ut ܦܰܪܢܶܣ *nutrire* vel *gubernare*, at non pauca verba constant plus quam tribus litteris, quia scilicet aliquas ex tribus radicalibus litteris reduplicant, vel quia radicalibus alias litteras adsciscunt.

Flectuntur hæc verba plurilittera in activo ut forma *pa'el*, in passivo ut *ethpa'al*: quæ autem addunt ܝ in fine flectuntur juxta flexionem formæ *pa'el* ac *ethpa'al* propriam verbis *tertiæ-iudh*.

VERBA RADICEM REDUPLICANTIA.

55. Ex istis pleraque sunt ex verbis *ain-uau*, et ex verbis *'ain-geminatæ*, sic ex primis ܪܰܘܪܶܡ *exaltare* ex ܪܳܡ *altum esse*, ܐܰܢܕܰܕ *concutere* ex ܢܳܕ *moveri* etc., ex alteris ܒܰܙܒܶܙ *diripere* ex ܒܰܙ, ܓܰܪܓܰܪ *raptare* ex ܓܪܰܪ *trahere*, etc.

At etiam ex aliis verborum classibus radicalium reduplicatio fit ut ex ܚܙܳܐ *videre* ܐܶܬܚܰܙܘܺܝ *se spectandum offere*, ܫܰܠܡܶܠ *integrare* ex ܫܠܶܡ *integrum esse*: item ultima tantum radicali reduplicata ut ܥܰܒܕܶܕ *servum facere* ex ܥܰܒܕܳܐ *servus* rad. ܥܒܰܕ.

VERBA QUAE RADICEM GERUNT VARIIS LITTERIS COMMIXTAM

56. Quædam verba ܫ præponunt loco ܗ formæ *šaf'el* ac *eštaf'al* ex. gr. ܫܰܩܒܶܠ *obviam ire* vel *oppugnare* ex ܩܰܒܶܠ *obvius fuit*.

Quædam per ܝ additum tertiæ radicali exhibent formam *pa'li* quæ vim habet formæ *pa'el*, ex. gr. ܬܰܪܣܺܝ *nutrire*, ܒܰܝܬܺܝ *domesticum facere* ex ܒܰܝܬܳܐ *domus*, ܬܰܚܬܺܝ *subjicere* ex particula ܬܚܶܬ *sub*.

Pauca verba interponunt post primam radicalem ܘ vel ܝ (formæ *pou'el pai'el*) ex. gr. ܫܰܘܚܶܪ (et etiam ܣܰܘܒܶܪ *pertulit*, ܟܰܘܡܶܪ *connexit*.

Quædam addunt ܪ post primam radicalem (forma *par'el*) ex gr. ܣܰܪܓܶܠ *implicuit* ex ܣܓܰܠ *nevit*, ܥܰܪܓܶܠ *circumegit* ex ܥܰܓܶܠ *volvit* rad. ܥܓܠ.

Ex nominali terminatione ܳܢܳܐ ut ex ܪܺܫ *caput* ܪܺܫܳܢܳܐ *principalis, antistes*, procedit forma *pa'alen* ܪܰܫܢܶܢ *principem effecit*, ܣܰܝܒܰܪ *toleravit* ex ܣܰܝܒܪܳܢܘܬܳܐ *patientia* rad. inus. ܣܝܒܪ.

Denique ex variis nominibus et adverbiis non pauca verba plurilittera efformantur, ut ex ܬܠܡܝܕܐ *discipulus* ܬܠܡܕ *discipulos habuit*, ܐܬܬܠܡܕ *discipulus factus est*, ex ܒܪܢܫܐ *homo* (*filius hominis*) ܐܬܒܪܢܫ *homo factus est*, ex ܒܠܚܘܕ *tantummodo* ܐܬܒܠܚܕ *solitarius factus est*, etc.

De verbis defectivis et anomalis.

57. Verbum ܝܗܒ *dedit* occultat ܗ in perfecto, (syri occidentales illud proferunt in ܝܗܒܬ et ܝܗܒܬ): in imperat. amittit ܝ ܗܒ: habet participia ܝܗܒ et ܡܬܝܗܒ, et caret futuro pro quo suppletur a fut. verbi ܢܬܠ inusitati præter quam in fut. ܢܬܠ et in infinit. ܡܬܠ.

Tria participia in sensu præsentis temporis adhibentur ܘܠܐ *decet*, ܝܐܐ *pulcrum est*, ܙܕܩ *justum est*, præter quam in his participiis verba ista in usu non sunt, at ex ܙܕܩ formæ auctæ adhibentur ܐܙܕܕܩ ܙܕܩ.

58. Sequentium verborum quædam anomaliæ sunt notandæ.

ܐܬܐ *venire*, imperat. ܬܐ ܬܝ, ܬܘ ܬܝܢ, *af'el* ܐܝܬܝ, *ettaf'al* ܐܬܬܝܬܝ.

ܚܝܐ *vivere* in fut. et infinit. assimilatur verbis *'ain-geminatæ* ܢܚܐ .... ܐܚܘܢ pro ܢܚܝܐ .... ܐܚܝܘܢ: ܡܚܐ pro ܡܚܝܐ: *af'el* etiam præt. ܐܚܝ pro ܐܚܝܝ, *ettaf'al* ܐܬܬܚܝ. Inveniuntur etiam formæ fut. ܢܚܐ, ܢܐܚܐ, inf. ܡܚܐ, ܡܐܚܐ, perinde si esset ex verbis *P-alef*.

Verbum ܗܘܐ *esse* habet in futuro præter formam regularem ܢܗܘܐ ܬܗܘܐ etc. formam apocopatem ܢܗܘ ܬܗܘ etc.

In præterito littera ܗ non pronuntiatur quando hoc verbum est auxiliare alteri verbo ad efformandum tempus secundarium, ex. gr. ܡܨܥ ܗܘܐ *interfererat*, vel quando ponitur post attributum vel in medio ipsius attributi ex. gr. ܐܒܪܗܡ ܡܣܟܐ ܗܘܐ ܕܢܚܙܐ ܝܘܡܝ *Abraham cupiens erat videre diem meum* (Joan. VIII, 56.). ܟܕ ܥܒܕܐ ܗܘܝܬܘܢ ܕܚܛܝܬܐ *quando servi eratis peccati* (Rom. VII, 20.).

Verbi ܪܗܛ *currere* in imperat. transponitur et occultatur ܪ ܗܪܛ.

ܐܙܠ *ire* in imperat. ܙܠ: in personis ubi littera ܙ vocali a flexione

non instruitur, retrahitur super illud vocalis sequentis ܠ quod tunc non pronuntiatur, itaque : *illa ivit* ܐܶܙܰܠܬ݂ «*ezathe*», *ivi* ܐܶܙܠܶܬ݂ «*ezeth*», *ibunt* ܢܺܐܙܠܽܘܢ «*nizun*» etc.

ܣܠܶܩ *ascendere* imperat. ܣܰܩ . In flextione hujus verbi ubicumque præfixum accedit excidit littera ܠ et intenditur littera ܣ, præterquam in forma *paʿel* ac *ethpaʿal*, itaque ܢܶܣܰܩ , ܡܶܣܰܩ *afel* ܐܰܣܶܩ , etc.

FLEXTIO VERBORUM CUM SUFFIXIS PRONOMINALIBUS

FUNGENTIBUS MUNERE ACCUSATIVI.

59. Pronomina quæ a verbis reguntur ut *occidi eum* etc. exprimuntur in syriaca lingua per suffixa quæ ipsi verbo junguntur, exceptis iis tertiæ personæ plur. quæ separatim a verbo adhibentur, et sunt pro masc. ܐܶܢܽܘܢ, et pro fem. ܐܶܢܶܝܢ . Suffixa pronominalia in syriaca lingua non adhibentur in sensu reflexivo ut *amo me*, *amas te* etc. (Cf. § 92).

Ex adjunctione suffixorum nova syllabarum partitio postulatur, proinde in flexione vocales in ipsis radicalibus vel mutantur vel transferuntur ut videre est in paradigmate : at ܬ terminationis in ܩܶܛܠܰܬ݂ ante *suffixum* attenuatum manet (§ 7), dum e contra ܬ terminationis in ܩܶܛܠܶܬ recedente vocale ◌ propter suffixum, iterum durescit ante istud.

Hæc sunt suffixa pronominalia quæ verbis conjunguntur :

me	*te*		*eum*	*eam*	*nos*	*vos*	
ܢܝ	m. ܟ	f. ܟܝ	ܗ	ܗ̇	ܢ	m. ܟܽܘܢ	f. ܟܶܝܢ .

59ª. Ex his suffixum ܢܝ propriam vocalem perpetuo amittit, et syllabam apertam constituit cum terminatione verbi : ◌— suffixa ܟܽܘܢ ܟܶܝܢ, vi duplicis consonantis, suam immutatam retinent, et ܟ attenuatum servant etiam post consonantem.

Reliqua suffixa verbo adjunguntur variis vocalibus quæ etiam variant pro diversis temporibus et personis ut in paradigmate. Cujus rei ratio,

fere adæquata, reddi posse videtur duo hæc animadvertendo : 1. Vocalem suffixo propriam ante ipsius consonantem prægressam fuisse, puta ex ܢܝ, ܢܝ̈ , ex ܟܝ ܟܝ etc. 2. Antiquiorem verbi flexionem habuisse finalem vocale affectam, ita ut hæc vocalis concurrens cum prægressa vocale suffixi vel illam eliserit (1), vel cum illa diphtongum constituerit (2), vel ab ea ita fuerit affecta ut in aliam fuerit mutata quæ utriusque locum teneat (3).

Porro inspectis suffixis prouti nunc verbo adjecta inveniuntur, ea deprehenduntur sic primitus

vocali fuisse instructa...	ܢܝ	ܟ	ܟܝ	ܗܘ ܗܝ	ܗ	ܢ	ܟܘܢ	ܟܝܢ
arabicis suffixis similia quæ vocalem proprio loco servaverunt	نِي	كَ	كِ	هُ هِ	هَا	نَا	كُم	كُنَّ
unde, præacta vocale, usitata forma extat	ܢܝ	ܟ	ܟܝ	ܘܗܝ, ܗܝ	ܗ	ܢ	ܟܘܢ	ܟܝܢ

Jam notandum est primigenio pronomini ܗܘ ita prævaluisse euphonicum ܗܝ ut — 1° pronomen ܗܘ non retineatur nisi ubi reviviscens primitiva verbi terminatio sonum ܝ restituat quocum *u* pronominis diphtongum componit, unde habetur secunda persona fem. in præt. et imperat. ܩܛܠܬܝܘܗܝ , ܩܛܠܝܘܗܝ , ac in altera forma tertiæ et secundæ personæ fut., ubi alia redit vetusta terminatio per *i*. ܢܩܛܠܘܢܝܗܝ , ܬܩܛܠܘܢܝܗܝ : — 2° ut pronominis ܗܝ graphica forma servetur per ܝ additum in fine, non tantum quum respectiva vocalis ܝ prægressa scriptionem ܝܗ adduxerit (ex. gr. in secunda pers. masc. ܩܛܠܬܝܗܝ), sed etiam post ipsum pronomen ܗܘ, averse scriptum ܘܗ, ut in ܩܛܠܬܘܗܝ et ceteris ut supra in 1° : compara et ܩܛܠܘܗܝ §. 80).

(1) *qaṭalū-khă*
qaṭalū-ăkh
qaṭlū-kh
ܩܛܠܘܟ

(2) *qaṭalū-hi*
qaṭalū-ih
qaṭlū-(h)i
ܩܛܠܘܗܝ

(3) *qaṭală-khă*
qaṭală-ăkh
qaṭlâ-kh
ܩܛܠܟ

60. Adnotanda. In imperativo sing. masculino firma manet vocalis in secunda radicali non solum in forma *p'al* ut ܦܘܩܕܢܝ , sed etiam in *pael* et *af'el :* ܩܒܠܢܝ *recipe me* non ܩܒܠܢܝ , item ܐܠܒܫܢܝ *vesti me ;* in his tamen excidit plerumque in plurali si adhibentur formæ brevioris terminationis, ܩܒܠܘܢܝ *recipite me*, secus ܩܒܠܘܢܢܝ .

In imperat. plur. item masc. formæ *p'al* vocalis ܘ secundæ radicalis transit ad primam sed cum terminatione ܘܢ manere potest in secunda ܦܘܩܕܘܢܢܝ . At interdum apparet ܘ post primam radicalem ut ܫܘܡܥܘܢܝ *audite me*, ܥܘܒܕܘܗܝ *facite illud*, quamvis illud ܘ non inveniatur in forma ܫܡܥܘ *audite*, ܥܒܕܘ *facite :* illud ܘ videtur repetendum ab indole secundæ radicalis, cum hoc locum habeat si secunda est ex labialibus, vel ex emphaticis ܛ ܨ ܦ , quæ, præsertim vero labiales, ad sonum obscuriorem convertere solent præcedentem vocalem.

61. In futuro forma illa secundæ pers. masc. cum vocali in secunda radicali, more imperativi, adhibetur præsertim post ܠܐ in sensu imperativi prohibitivi, ex. gr. ܠܐ ܬܫܒܘܩܢܝ *ne me derelinquas*, ܠܐ ܬܒܗܬܢܝ *ne confundas me.* — Secunda persona fem. sing. futuri sæpe ante suffixa explet per ܝ terminationem, ex. gr. ܬܦܩܕܝܢܝ etc.

62. Participia adnectunt suffixa more nominum. Pariter infinitiva formarum auctarum more nominum quæ habent in statu constructo terminationem ܘܬ .

63. Verba quæ vocalem ^ gerunt ut ܪܚܡ *amare*, ܕܚܠ *timere*, in flexione cum suffixis illam servant, ex. gr. ܪܚܡܬܢܝ *amavit (f.) me*, ܕܚܠܬܗ *timui eum.*

64. Ex ܐܝܬ *est* ܐܝܬܝ , emphat. ܐܝܬܐ *existentia*, aucto suffixis more nominum pluralium, habetur ܐܝܬܘܗܝ *ille est*, ܐܝܬܝܗ *illa est*, ܐܝܬܝܟ , f. ܐܝܬܝܟܝ *tu es*, ܐܝܬܝ *ego sum*, ܐܝܬܝܗܘܢ *illi sunt* ܐܝܬܝܗܝܢ *illæ sunt*, ܐܝܬܝܟܘܢ , f. ܐܝܬܝܟܝܢ *vos estis*, ܐܝܬܝܢ *nos sumus.* Pariter ex ܠܐ ܐܝܬ habetur ܠܝܬ *non est*, quod eodem modo suffixa recipit.

	Pʿal	Sing. 1 p.	2 p. m.	2 p. f.
Praet. 3 p. m.	ܩܛܠ	ܩܛܠܢܝ	ܩܛܠܟ	ܩܛܠܟܝ
3 » f.	ܩܛܠܬ	ܩܛܠܬܢܝ	ܩܛܠܬܟ	ܩܛܠܬܟܝ
2 » m.	ܩܛܠܬ	ܩܛܠܬܢܝ	—	—
2 » f.	ܩܛܠܬܝ	ܩܛܠܬܝܢܝ	—	—
1	ܩܛܠܬ	—	ܩܛܠܬܟ	ܩܛܠܬܟܝ
pl. 3 » m.	ܩܛܠܘ (ܘܢ)	ܩܛܠܘܢܝ ܘܢܢܝ	ܩܛܠܘܟ (ܘܢܟ)	ܩܛܠܘܟܝ ܘܢܟܝ
3 » f.	ܩܛܠ (ܝ̈ܢ)	ܩ̈ܛܠܢܝ (ܢܢܝ)	ܩ̈ܛܠܟ (ܢܟ)	ܩ̈ܛܠܟܝ (ܢܟܝ)
2 » m.	ܩܛܠܬܘܢ	ܩܛܠܬܘܢܢܝ	—	—
2 » f.	ܩܛܠܬܝܢ	ܩܛܠܬܝܢܢܝ	—	—
1	ܩܛܠܢ	—	ܩܛܠܢܟ	ܩܛܠܢܟܝ
Fut. 3 p. m.	ܢܩܛܘܠ	ܢܩܛܠܢܝ	ܢܩܛܠܟ	ܢܩܛܠܟܝ
2 » m.	ܬܩܛܘܠ	ܬܩܛܠܢܝ ܬܩܛܘܠܢܝ	—	—
2 » f.	ܬܩܛܠܝ (ܢ)	ܬܩܛܠܝܢܢܝ	—	—
pl. 3 » m.	ܢܩܛܠܘܢ	ܢܩܛܠܘܢܢܝ	ܢܩܛܠܘܢܟ	ܢܩܛܠܘܢܟܝ
3 » f.	ܢܩ̈ܛܠܢ	ܢܩ̈ܛܠܢܢܝ	ܢܩ̈ܛܠܢܟ	ܢܩ̈ܛܠܢܟܝ
Imp. 2 p. m.	ܩܛܘܠ	ܩܛܘܠܝܢܝ	—	—
2 » f.	ܩܛܘܠܝ	ܩܛܘܠܝܢܝ	—	—
pl. 2 » m.	ܩܛܘܠܘ, ܠܘܢ	ܩܛܠܘܢܝ ܩܛܠܘܢܢܝ	—	—
2 » f.	ܩܛܘܠ̈ܝܢ, ̈ܠܝܢ	ܩ̈ܛܘܠܝܢܝ ܩ̈ܛܘܠܝܢܢܝ	—	—
Inf. *pʿal*	ܡܩܛܠ	ܡܩܛܠܢܝ	ܡܩܛܠܟ	ܡܩܛܠܟܝ
paʿʿel	ܡܩܛܠܘ	ܡܩܛܠܘܬܢܝ	ܡܩܛܠܘܬܟ	ܡܩܛܠܘܬܟܝ

3 p. m.	3 p. f.	Plur. 1. p.	2 p. m.	2 p. f.
ܩܛܠܗ	ܩܛܠܗ̇	ܩܛܠܢ	ܩܛܠܟ	ܩܛܠܟܝ
ܩܛܠܬܗ	ܩܛܠܬܗ̇	ܩܛܠܬܢ	ܩܛܠܬܟ	ܩܛܠܬܟܝ
ܩܛܠܬܝܗܝ	ܩܛܠܬܗ̇	ܩܛܠܬܢ	—	—
ܩܛܠܬܝܘܗܝ	ܩܛܠܬܝܗ̇	ܩܛܠܬܝܢ	—	—
ܩܛܠܬܗ	ܩܛܠܬܗ̇	—	ܩܛܠܬܟ	ܩܛܠܬܟܝ
ܩܛܠܘܗܝ (ܘܢܝܗܝ)	ܩܛܠܘܗ̇ (ܘܢܗ̇)	ܩܛܠܘܢ (ܘܢܢ)	ܩܛܠܘܟ (ܘܢܟ)	ܩܛܠܘܟܝ (ܘܢܟܝ)
ܩܛܠܝܗܝ (ܠܝܢܝܗܝ)	ܩܛܠܝܗ̇ (ܠܝܢܗ̇)	ܩܛܠܢ (ܠܝܢܢ)	ܩܛܠܟ (ܠܝܢܟ)	ܩܛܠܟܝ (ܠܝܢܟܝ)
ܩܛܠܬܘܢܝܗܝ	ܩܛܠܬܘܢܗ̇	ܩܛܠܬܘܢܢ	—	—
ܩܛܠܬܝܢܝܗܝ	ܩܛܠܬܝܢܗ̇	ܩܛܠܬܝܢܢ	—	—
ܩܛܠܢܝܗܝ	ܩܛܠܢܗ̇	—	ܩܛܠܢܟ	ܩܛܠܢܟܝ
ܢܩܛܠܘܗܝ ܢܩܛܠܗ	ܢܩܛܠܝܗ̇	ܢܩܛܠܢ	ܢܩܛܘܠܟ	ܢܩܛܘܠܟܝ
ܐܩܛܠܗ , ܩܛܠܘܗܝ ܐܩܛܘܠܝܗܝ	ܐܩܛܠܝܗ̇ ܐܩܛܘܠܝܗ̇	ܐܩܛܠܢ ܐܩܛܘܠܢ	—	—
ܐܩܛܠܝܢܝܗܝ ܐܩܛܠܝܢܗ	ܐܩܛܠܝܢܗ̇	ܐܩܛܠܝܢܢ	—	—
ܢܩܛܠܘܢܝܗܝ ܢܩܛܠܘܢܗ	ܢܩܛܠܘܢܗ̇	ܢܩܛܠܘܢܢ	ܢܩܛܠܘܢܟ	ܢܩܛܠܘܢܟܝ
ܢܩܛܠܢܝܗܝ ܢܩܛܠܢܗ	ܢܩܛܠܢܗ̇	ܢܩܛܠܢܢ	ܢܩܛܠܢܟ	ܢܩܛܠܢܟܝ
ܩܛܘܠܝܗܝ	ܩܛܘܠܝܗ̇	ܩܛܘܠܝܢ	—	—
ܩܛܘܠܝܘܗܝ	ܩܛܘܠܝܗ̇	ܩܛܘܠܝܢ	—	—
ܩܛܘܠܘܗܝ ܩܛܘܠܘܢܝܗܝ	ܩܛܘܠܘܗ̇ ܩܛܘܠܘܢܗ̇	ܩܛܘܠܘܢ ܩܛܘܠܘܢܢ	—	—
ܩܛܘܠܝܗܝ ܩܛܘܠܝܢܝܗܝ	ܩܛܘܠܝܗ̇ ܩܛܘܠܝܢܗ̇	ܩܛܘܠܝܢ ܩܛܘܠܝܢܢ	—	—
ܡܩܛܠܗ ܡܩܛܠܘܬܗ	ܡܩܛܠܗ̇ ܡܩܛܠܘܬܗ̇	ܡܩܛܠܢ ܡܩܛܠܘܬܢ	ܡܩܛܠܟ ܡܩܛܠܘܬܟ	ܡܩܛܠܟܝ ܡܩܛܠܘܬܟܝ

cf. § 67, pag. 54.

	Pʿal	Sing. 1 p.	2. p. m.	2. p. f.
Praet. 3 p. m.	ܓܠܐ	ܓܠܢܝ	ܓܠܟ	ܓܠܟܝ
» » f.	ܓܠܬ	ܓܠܬܢܝ	ܓܠܬܟ	ܓܠܬܟܝ
2 » m.	ܓܠܝܬ	ܓܠܝܬܢܝ	—	—
» » f.	ܓܠܝܬܝ	ܓܠܝܬܝܢܝ	—	—
1 » c.	ܓܠܝܬ * ܓܠܝܬ	—	ܓܠܝܬܟ	ܓܠܝܬܟܝ
pl. 3 » m.	ܓܠܘ	ܓܠܐܘܢܝ, ܓܠܝܘܢܝ	ܓܠܐܘܟ	ܓܠܐܘܟܝ
» » f.	ܓܠܝ̈	ܓܠܝ̈ܢܝ , ܢܝ̈ܢܝ	ܓܠܝ̈ܟ , ܢܟ	ܓܠܝ̈ܟܝ , ܢܟܝ
2 » m.	ܓܠܝܬܘܢ	ܓܠܝܬܘܢܝ	—	—
1 » c.	ܓܠܝܢ	—	ܓܠܝܢܟ	ܓܠܝܢܟܝ
Fut. 3 p. m.	ܢܓܠܐ	ܢܓܠܝܢܝ	ܢܓܠܝܟ	ܢܓܠܝܟܝ
2 » f.	ܬܓܠܝܢ	ܬܓܠܝܢܢܝ	—	—
pl. 3 » m.	ܢܓܠܘܢ	ܢܓܠܘܢܢܝ	ܢܓܠܘܢܟ	ܢܓܠܘܢܟܝ
» » f.	ܢܓܠܝ̈ܢ	ܢܓܠܝ̈ܢܢܝ	ܢܓܠܝ̈ܢܟ	ܢܓܠܝ̈ܢܟܝ
Imp. 2 p. m.	ܓܠܝ	ܓܠܝܢܝ	—	—
2 » f.	ܓܠܝ	ܓܠܐܝܢܝ	—	—
pl. 2 » m.	ܓܠܘ ܘ	ܓܠܐܘܢܝ, ܓܠܐܘܢܝ	—	—
» » f.	ܓܠܝ̈ܝܢ	ܓܠܝ̈ܝܢܝ	—	—
Infinitivus	ܡܓܠܐ	ܡܓܠܝܢܝ	ܡܓܠܝܟ	ܡܓܠܝܟܝ

3 p. m.	3 p. f.	Pl. 1 p.	2 p. m. f.
ܠܗܘܢ	ܠܗܝܢ	ܠܢ	ܠܟܘܢ , ܟܝܢ f.
ܠܥܡܗܘܢ	ܠܥܡܗܝܢ	ܠܥܡܢ	ܠܥܡܟܘܢ
ܠܥܡܗܘܢ	ܠܥܡܗܝܢ	ܠܥܡܢ	—
ܠܥܡܗܘܢ	ܠܥܡܗܝܢ	ܠܥܡܢ	—
ܠܥܡܗܘܢ	ܠܥܡܗܝܢ	—	ܠܥܡܟܘܢ
ܠܘܬܗܘܢ	ܠܘܬܗܝܢ	ܠܘܬܢ	ܠܘܬܟܘܢ
ܠܥܠܝܗܘܢ ܠܥܠܝܗܘܢ	ܠܥܠܝܗܝܢ , ܥܠܝܗܝܢ	ܠܥܠܝܢ , ܥܠܝܢ	ܠܥܠܝܟܘܢ , ܥܠܝܟܘܢ
ܠܥܡܗܘܢ	ܠܥܡܗܝܢ	ܠܥܡܢ	—
ܠܥܠܝܗܘܢ	ܠܥܠܝܗܝܢ	—	ܠܥܠܝܟܘܢ
ܐܝܟܘܬܗܘܢ	ܐܝܟܘܬܗܝܢ	ܐܝܟܘܬܢ	ܐܝܟܘܬܟܘܢ , ܟܝܢ
ܐܝܟܘܬܗܘܢ	ܐܝܟܘܬܗܝܢ	ܐܝܟܘܬܢ	—
ܐܝܟܘܬܗܘܢ ܐܝܟܘܬܗܘܢ	ܐܝܟܘܬܗܝܢ	ܐܝܟܘܬܢ	ܐܝܟܘܬܟܘܢ
ܐܝܟܘܬܗܘܢ	ܐܝܟܘܬܗܝܢ	ܐܝܟܘܬܢ	ܐܝܟܘܬܟܘܢ
ܠܥܠܗܘܢ	ܠܥܠܗܝܢ	ܠܥܠܢ	—
ܠܘܬܗܘܢ	ܠܘܬܗܝܢ	ܠܘܬܢ	—
ܠܘܬܗܘܢ ܠܘܬܗܘܢ	ܠܘܬܗܝܢ , ܠܘܬܗܝܢ	ܠܘܬܢ , ܠܘܬܢ	—
ܠܥܠܝܗܘܢ	ܠܥܠܝܗܝܢ	ܠܥܠܝܢ	—
ܡܢܗܘܢ	ܡܢܗܝܢ	ܡܢܢ	ܡܢܟܘܢ , ܟܝܢ

cf. § 67, pag. 54.

	Paʿel	Sing. 1 p.	2 p. m.	2 p. f.
Praet. 3 p. m.	ܓܠܝ	ܓܠܝܢܝ	ܓܠܝܟ	ܓܠܝܟܝ
» » f.	ܓܠܝܬ	ܓܠܝܬܢܝ	ܓܠܝܬܟ	ܓܠܝܬܟܝ
2 » m.	ܓܠܝܬ	ܓܠܝܬܢܝ	—	—
» » f.	ܓܠܝܬܝ	ܓܠܝܬܝܢܝ	—	—
1 » c.	ܓܠܝܬ	—	ܓܠܝܬܟ	ܓܠܝܬܟܝ
pl. 3 » m.	ܓܠܝܘ	ܓܠܝܘܢܝ	ܓܠܝܘܟ	ܓܠܝܘܟܝ
» » f.	ܓܠܝ̈	ܓܠܝ̈ܢܝ	ܓܠܝ̈ܟ	ܓܠܝ̈ܟܝ
2 » m.	ܓܠܝܬܘܢ	ܓܠܝܬܘܢܢܝ	—	—
1 » c.	ܓܠܝܢ	—	ܓܠܝܢܟ	ܓܠܝܢܟܝ
Imp. 2 p. m.	ܓܠܐ	ܓܠܝܢܝ	—	—
» » f.	ܓܠܝ	ܓܠܐܝܢܝ	—	—
pl. » » m.	ܓܠܘ ، ܘܢ	ܓܠܘܢܝ ܓܠܘܢܢܝ	—	—
» » f.	ܓܠ̈ܝܝܢ	ܓܠ̈ܝܢܢܝ	—	—
Infinitivus	ܡܓܠܝܘ	ܡܓܠܝܘܬܢܝ	ܡܓܠܝܘܬܟ	ܡܓܠܝܘܬܟܝ

3 p. m.	3 p. f.	Pl. 1 p.	2 p. m. f.
ܩܛܠܗ	ܩܛܠܗ̇	ܩܛܠܢ	ܩܛܠܟܘܢ, f. ܟܝܢ
ܩܛܠܬܗ	ܩܛܠܬܗ̇	ܩܛܠܬܢ	ܩܛܠܬܟܘܢ
ܩܛܠܬܝܗܝ	ܩܛܠܬܗ̇	ܩܛܠܬܢ	—
ܩܛܠܬܝܘܗܝ	ܩܛܠܬܝܗ̇	ܩܛܠܬܝܢ	—
ܩܛܠܬܗ	ܩܛܠܬܗ̇	—	ܩܛܠܬܟܘܢ
ܩܛܠܘܗܝ	ܩܛܠܘܗ̇	ܩܛܠܘܢ	ܩܛܠܘܟܘܢ
ܩܛܠܝ̈ܗܝ	ܩܛܠܝ̈ܗ̇	ܩܛܠܝ̈ܢ	ܩܛܠܝ̈ܟܘܢ
ܩܛܠܬܘܢܝܗܝ	ܩܛܠܬܘܢܗ̇	ܩܛܠܬܘܢܢ	—
ܩܛܠܢܝܗܝ	ܩܛܠܢܗ̇	—	ܩܛܠܢܟܘܢ
ܩܛܘܠܝܗܝ	ܩܛܘܠܗ̇	ܩܛܘܠܢ	—
ܩܛܘܠܝܘܗܝ	ܩܛܘܠܝܗ̇	ܩܛܘܠܝܢ	—
ܩܛܘܠܘܗܝ / ܩܛܘܠܘܢܝܗܝ	ܩܛܘܠܘܗ̇ / ܩܛܘܠܘܢܗ̇	ܩܛܘܠܘܢ / ܩܛܘܠܘܢܢ	—
ܩܛܘܠܝ̈ܢܝܗܝ	ܩܛܘܠܝ̈ܢܗ̇	ܩܛܘܠܝ̈ܢܢ	—
ܡܩܛܠܘܬܗ	ܡܩܛܠܘܬܗ̇	ܡܩܛܠܘܬܢ	ܡܩܛܠܘܬܟܘܢ, f. ܟܝܢ

65. Verba tertiæ-iudh suffixa adnectunt eodem modo ac cetera verba in vocibus ubi terminatio aliqua consonantem suffixis præmittit. — Porro in terminatione secundæ personæ præteriti ܬ durum servatur: illud primæ personæ sg. attenuatur, in formis tamen auctis solent durum illud reddere syrii orientales.

In vocibus autem terminatione carentibus quæ exeunt in vocalem, vocalis ܼ immutata manet ante suffixa in præt. *pʿal*, et imperat. formarum auctarum.

Pariter immutata manet ܿ in futuris, et ܹ in imperativo *pʿal*.

Mutatur ܼ in infinit. *pʿal* in quo tertia radicalis ܝ reviviscit et eum prægressa vocale suffixis componitur; manet vero ܼ ante ܦܶܗ , ܦܶܝ .

Eodem modo mutatur ܹ in præterito formarum auctarum, et manet ante ܦܶܗ ܦܶܝ .

66. Ex diphtongis autem finalibus contrahitur ante suffixa *iu* in tertia pers. plur. præteriti formarum auctarum, sic ex ܓܰܠܺܝܘ habetur ܓܰܠܺܝܘܗܝ etc.: solvuntur vero *au*, *ài*, àlaf interposito vel omisso, nempe habetur ـܐܘ vel ـܘܘ vel ـܐܘܘ in *pʿal* præt. plur. masc. ac imperat. plur.; ـܐܝ vel ـܝ in imperat. sing. fem.

CAPUT TERTIUM

DE NOMINE

67. In lingua syriaca nomina admittunt singularem et pluralem; dualis vix vestigium aliquod invenitur. Sunt autem vel masculina vel feminina, præter aliqua quæ communis sunt generis. Triplex distinguitur nominum status: *emphaticus*, *constructus*, et *absolutus* seu indeterminatus.

Status emphaticus adiectam gerit specialem terminationem quæ proprie idem præstat nomini quod in nostris linguis articulus determinativus, at in usu fere evanuit sensus determinationis in statu emphatico. — In statu constructo nomen prænotat sensum genitivi in alio nomine cui præmittitur.

Proprias statuum terminationes, pro diverso nominum genere et numero, sequens exhibet paradigma : in quo animadvertas eamdem esse in sing. terminationem masc. emphat. et fem. abs.; masculinum autem sing. in statu constr. et abs. terminatione carere. (cf. § 79).

		St. emph.	St. constr.	St. absol.
Sing.	masc.	ܛܳܒܳܐ *bonus*	ܛܳܒ	ܛܳܒ
	fem.	ܛܳܒܬܳܐ	ܛܳܒܰܬ	ܛܳܒܳܐ
Plur.	masc.	ܛܳܒ̈ܐ	ܛܳܒ̈ܰܝ	ܛܳܒܺܝܢ
	fem.	ܛܳܒ̈ܳܬܳܐ	ܛܳܒ̈ܳܬ	ܛܳܒ̈ܳܢ

Status emph. longe frequentior in usu est ac absolutus, imo iste in pluribus nominibus obsolevit; propterea in exponendis variis nominum formis eorum statum emphaticum exhibebimus, mutationes vocalium, et in radicalibus infirmis etiam terminationum, quas subeunt varia nomina, seorsim inferius tractaturi.

68. Ad quatuor classes reduci possunt diversæ nominum formæ. I Quæ radicales simpliciter retinet. II Quæ aliquam ex radicalibus reduplicat. III Quæ varia præfixa adnectit. IV quæ suffixa addit. — Plura etiam sunt nomina quæ præfixum simul et suffixum assumunt.

69. I. **Formæ nominum quæ constituuntur simplicibus radicalibus.** Assumimus pro typo radicem ܩܛܰܠ ex qua varias formas adumbramus.

A	ܩܰܛܠܳܐ	ܩܰܒܪܳܐ	*sepulcrum*
	ܩܶܛܠܳܐ	ܚܶܠܡܳܐ	*somnium*
	ܩܽܘܛܠܳܐ	ܚܽܘܪܒܳܐ	*desertum*
B	ܩܛܳܠܳܐ	ܟܬܳܒܳܐ	*liber*
	ܩܛܺܝܠܳܐ	ܫܒܺܝܠܳܐ	*semita*
	ܩܛܽܘܠܳܐ	ܚܕܽܘܪܳܐ	*frumentum*
C	ܩܳܛܠܳܐ	ܥܳܠܡܳܐ	*mundus*
	ܩܳܛܽܘܠܳܐ	ܝܳܠܽܘܕܳܐ	*genitor*
	ܩܽܘܛܳܠܳܐ	ܥܽܘܳܠܳܐ	*hinnulus*
	ܩܛܰܝܠܳܐ	ܥܠܰܝܡܳܐ	*juvenis.*

Ad typum A sunt revocanda nomina ex radicalibus *secundæ àlaf, uau, iudh*, ut ܪܺܫܳܐ (ܪܺܐܫܳܐ) *caput*, ܩܳܠܳܐ *vox*, ܪܽܘܚܳܐ *ventus*, item ex *'ain-geminatæ* ܥܰܡܳܐ *populus*, ܠܶܒܳܐ *cor*, ܓܽܘܒܳܐ *fovea.*

70. II. **Formæ quæ aliquam ex radicalibus reduplicant.**

a) Ex reduplicatione secundæ radicalis hæ formæ extant.

ܩܰܛܳܠܳܐ	ܦܰܠܳܚܳܐ	*arator*
ܩܶܛܳܠܳܐ	ܟܶܢܳܪܳܐ	*cithara*
ܩܽܘܛܳܠܳܐ	ܪܽܘܡܳܢܳܐ	*malogranatum*
ܩܰܛܺܝܠܳܐ	ܚܰܟܺܝܡܳܐ	*sapiens*
ܩܰܛܽܘܠܳܐ	ܛܰܠܽܘܝܳܐ	*puer*
ܩܰܛܽܘܠܳܐ	ܕܰܒܽܘܪܳܐ	*respa*

(ܩܰܛܳܠܳܐ	ܙܶܪܳܐ	*digitus minimus*
(ܩܘܛܳܠܳܐ	ܣܘܟܳܪܳܐ	*sera.*

Forma ܩܰܛܺܝܠܳܐ probe distinguenda est a participio pass. verborum *P-âlaf* ut ܐܰܟܺܝܠ, in quo vocalis ܼ ponitur ut pronuntiari possit sonus gutturalis primæ radicalis, at nulla ibi est reduplicatio ܐܰܟܺܝܠ.

Reduplicatio in nominibus formæ ܩܰܛܳܠܳܐ et ܩܘܛܳܠܳܐ apparet ex forma quam habent ea nomina in cognatis linguis : plerumque ex quadrilitteris sunt, et sæpe reduplicatio debetur litteræ *nun* assimillatæ : in Syriaco testis reduplicationis adest *quśśâyâ* in secunda radicali quando ea est ex *bghâdhkafath.*

b) Ex repetitione tertiæ radicalis :

ܩܰܛܠܺܝܠܳܐ	ܐܰܫܦܺܝܪܳܐ	*splendor*
ܩܰܛܠܘܠܳܐ	ܟܢܘܫܝܳܐ	*collectio*
ܩܘܛܠܳܠܳܐ	ܦܘܪܥܳܢܳܐ	*facies*

c) Ex repetitione duarum radicalium :

In radicibus firmis duæ postremæ repetuntur, ex. gr. ܡܫܰܟܠܠܳܐ *perfectus,* ܚܠܰܠܠܳܐ *alga.*

In radicibus *'ain geminatæ* et *'ain-uau* radicis fit geminatio : ܥܰܠܥܳܠܳܐ *tempestas,* ܥܘܠܥܳܠܳܐ *confusio,* ܡܰܢܢܳܐ *manna,* ܪܘܡܪܳܡܳܐ *exaltatio,* ܚܰܓܳܐ *festum.*

g His accedunt nomina plurilittera, sive ea constent ex quadrilittera radice ut ܐܰܪܢܒܳܐ *lepus,* ܥܶܩܰܪܒܳܐ *scorpio,* ܥܘܩܒܪܳܐ *mus* : sive ea constent ex trilittera radice quæ vel α) retineat præfixum formæ verbalis, vel β) admixtam gerat aliam aliquam litteram (§ 56).

α
- ܫܘܒܗܪܳܐ *ostentatio,* ܫܰܒܗܰܪ *gloriari* (ܒܗܰܪ *splenduit*).
- ܣܘܩܒܳܠܳܐ *infortunium,*
- ܡܣܰܩܒܠܳܢܳܐ *adversarius,* — ܩܰܒܶܠ *obstitit, adversatus est, accusavit.*
- ܣܘܩܒܳܠܳܐ *occursus,*

ܩܰܝܢܳܝܳܐ *faber ferrarius*, ܩܰܝܶܢ *ignitum reddere*.
ܓܕܺܝܠܬܳܐ *pergula* } ܓܰܕܶܠ *complexit*, ܓܕܰܠ *nevit*.
ܓܕܽܘܠܬܳܐ *implicatio* }
ܬܽܘܪܣܳܝܳܐ *nutrimentum*, ܬܰܪܣܺܝ *nutrire*.

71. III. Formæ quæ præfixa assumunt.

a) Per præfixum ܡ præter participia formarum auctarum et infinitivos, formantur nomina loci, temporis, instrumenti, aliaque.

ܡܰܦܥܠܳܐ	ܡܰܕܒܚܳܐ	*altare* (*locus immolationis*).
	ܡܰܠܩܛܳܐ	*forceps*
ܡܰܦܥܳܠܳܐ	ܡܰܥܪܒܳܐ	*occidens*, et *occasus* (solis).
ܡܰܦܥܽܘܠܳܐ	ܡܰܙܡܽܘܪܳܐ	*psalmus*.

Ad hos typos facile reduces formas nominum ex radicibus infirmis.

ex *P-âlaf*	ܡܐܟܘܠܳܐ	*cibus*	ex *P-nun*	ܡܰܦܩܳܐ *egressus*
	ܡܐܡܪܳܐ	*oratio*		ܡܰܣܳܪܳܐ *serra*
ex *P-iudh*	ܡܰܕܥܳܐ	*mens*		ܡܰܒܽܘܥܳܐ *scatebra*
	ܡܰܘܒܠܳܐ	*sarcina*	ex *ʿain-uav*	ܡܰܥܝܢܳܐ *fons*
	ܡܰܘܠܕܳܐ	*nativitas*		ܡܰܩܳܡܳܐ *consessus*.

Aliquoties prodit præfixum ܡ cum vocali ܶ ut ܡܶܐܙܽܘܢܳܐ *cibaria*: alias cum ܰ, etiam ante primam radicalem quæ non sit *âlaf*, ut ܡܶܣܪܳܐ *conclave*.

b) Ex præfixo ܬ

masculina

ܬܰܦܥܳܠܳܐ	ܬܰܘܬܳܒܳܐ	*incola* (ܝܬܒ)
ܬܰܦܥܺܝܠܳܐ	ܬܰܫܢܺܝܩܳܐ	*cruciatus*
ܬܰܦܥܽܘܠܳܐ	ܬܰܚܠܽܘܦܳܐ	*commutatio, vicarius*.

Has formas imitantur feminina ex *tertia iudh* ut ܬܰܪܒܺܝܬܳܐ *educatio*, ܬܰܫܥܺܝܬܳܐ *narratio*, ܬܰܪܥܺܝܬܳܐ *satisfactio*.

Ex aliis radicibus feminina has formas exhibent: ܬܰܗܠܽܘܠܬܳܐ *irrisio*, ܬܰܟܣܺܝܬܳܐ *vestitus*, ܬܶܫܡܶܫܬܳܐ *ministerium*, ܬܰܪܡܽܘܣܬܳܐ *sceletus*, ܬܰܘܕܺܝܬܳܐ

miraculum, in hac forma ـܳܐ leve est, et excidit accedente terminatione pluralis : ܐ̱ܘܣܛ̈ܐ .

c) Ad nomina animalium formanda apparet non raro adhibitum præfixum ܥ ex. gr. ܥܰܟ݂ܒܪܳܐ *mus jaculus* (ܪܒܰܥ *recubuit*), ܥܰܣܡܽܘܩܳܐ *bubalus* (ܣܡܶܩ *rubrum esse*), ܥܰܩܽܘܪܳܐ *rana* (arab. قرّ *rana*) ; at ad alia etiam nomina efformanda adhibitum invenitur : ܥܰܒܣܽܘܓܳܐ *ebrum* (*planta*), ܥܰܡܛܽܘܪܳܐ *fumus densus,* ܝܰܒܪܽܘܚܳܐ *mandragora.*

72. IV. Formæ quæ suffixa adjungunt.

a) Ex suffixo ـܳܢ hæ formæ extant :

ܩܶܛܠܳܢܳܐ ܝܶܩܕܳܢܳܐ *incendium*

ܩܽܘܛܠܳܢܳܐ ܦܽܘܩܕܳܢܳܐ *mandatum*

ܩܰܛܠܳܢܳܐ ܫܰܠܝܳܢܳܐ *otium* : hæc forma cum ܝ in prima radicali fere propria est nominum *tertiæ iudh*, ut ܨܶܒܝܳܢܳܐ *voluntas,* ܡܶܠܠܳܢܳܐ *colloquium.* ܢܶܣܝܳܢܳܐ *tentatio,* ac interdum suffixum inflexum invenitur in ـܽܘܢ, apud syr. orient. ـܳܘܢ *ôn,* ut ܢܶܣܝܽܘܢܳܐ *tentatio.*

Participiis formarum auctarum addi potest hoc suffixum ad formanda *nomina agentis* vel adjectiva, ex. gr. ܡܰܟܬ݁ܒܳܢܳܐ *scriba,* ܡܣܰܝܒܪܳܢܳܐ *patiens ;* non nullis etiam substantivis præfixo ܡ instructis adjectum invenitur, ex. gr. ܡܰܦܩܳܢܳܐ *discessio,* ܡܰܣܩܳܢܳܐ (ܣܠܶܩ), *ascensio,* etc.

Plurima adjectiva prodeunt ex substantivis, hoc suffixo addito ut ܫܡܰܝܳܢܳܐ cælestis, ܐܰܪܥܳܢܳܐ terrestris, etc. Etiam adjectum invenitur, in quibusdam nominibus, ipsi terminationi femininæ ad adjectiva formanda, ex. gr. ܚܶܡܬܳܐ *ira,* ܚܶܡܬܳܢܳܐ *iracundus* : hoc compositum suffixum ܬܳܢܳܐ plura etiam nomina adsciscunt seorsim a terminatione feminini, ex. gr. ܚܰܝܠܬܳܢܳܐ *potens* (ܚܰܝܠܳܐ *robur*) ܚܰܟܝܡܬܳܢܳܐ (ܚܰܟܝܡܳܐ), *sapiens,* etc.

b) Suffixa ـܽܘܢ ـܽܘܣ ad diminutiva formanda inserviunt, ex. gr. ܬܰܪܥܽܘܣܳܐ , ܬܰܪܥܽܘܢܳܐ *ostiolum ;* In femininis suffixum ـܽܘܣ præcedit terminationem ܬܐ , sic ex ܛܠܺܝܬܳܐ *puella* ܛܠܺܝܬܽܘܣܬܳܐ *puellula* ; at suffixum ـܽܘܢ interserit ܝ (ܽܘܢܺܝܬܳܐ) ex. gr. ܥܶܠܥܽܘܢܺܝܬܳܐ *costula,* quam terminationem ad-

dit etiam nominibus quæ jam terminationem femininam habent, ex. gr. ܐܢܬܬܘܢܝܬܐ *muliercula*, ex ܐܢܬܬܐ, ܛܠܝܬܘܢܝܬܐ *puellula*.

c) Suffixum ܳܝ adhibetur ad formanda adjectiva, præsertim nuncupativa, plerumque ex substantivis, interdum ex præpositionibus et adverbiis, ut ܒܝܬܝܐ *domesticus* (ܒܝܬܐ *domus*) ܬܚܬܝܐ *inferior* (ܬܚܝܬ *sub*), ܒܠܚܘܕܝܐ *unicus* (ܒܠܚܘܕ *tantummodo*). Accessione hujus suffixi vocales nominis interdum mutantur et leves excidunt, ex. gr. ex ܚܕܝܐܒ *Hadiabene* ܚܕܝܐܒܝܐ *hadiabenensis*, ex ܐܝܣܪܝܠ *Israel* ܐܝܣܪܝܠܝܐ *israelita*, ex ܒܒܠ *Babylon* ܒܒܠܝܐ *babylonius*. Terminationes additæ radici nominum quibus hoc suffixum adjicitur plerumque excidunt, ex. gr. ex ܡܕܝܢܬܐ *civitas* ܡܕܝܢܝܐ *civis*, ex ܡܨܥܬܐ *medium* ܡܨܥܝܐ *medius*, ex ܡܨܪܝܢ *Aegyptus* ܡܨܪܝܐ *ægyptiacus*, ex ܫܒܝܬܐ *captivitas* ܫܒܝܝܐ *in captivitatem adducens*, ex ܙܘܝܬܐ *angulus* ܙܘܝܝܐ *angularis*: interdum terminationes servantur, ex. gr. ex ܣܒܬܐ *vetula* ܣܒܬܝܐ *anilis*, ex ܢܨܝܒܝܢ *Nisibis* ܢܨܝܒܝܢܝܐ (at etiam ܢܨܝܒܝܐ) *nisibenus*, etc.

Suffixum ܳܝ adjungitur interdum nominibus jam suffixo ܳܢ auctis, ex. gr. ܦܓܪܢܝܐ *corporeus*, ܪܘܚܢܝܐ *spiritualis*, et ipsi suffixo ܬ ex. gr. ܛܝܒܘܬܢܝܐ *benignus* etc: sæpe inflectitur in ܐܝܬ ad formanda adverbia, ex. gr. ܚܟܝܡܐܝܬ *sapienter* etc.

d) Suffixum ܘܬܐ adjicitur ad abstracta formanda nominibus etiam alio jam suffixo auctis, ex. gr. ܣܟܠܘܬܐ *stultitia*, ܡܫܬܡܥܢܘܬܐ *obedientia*, ܛܘܒܬܢܘܬܐ *beatitudo*, ܬܠܝܬܝܘܬܐ *Trinitas*. In radicibus *tertiæ infirmæ* interdum tertia radicalis excidit ante hoc suffixum, ex. gr. ܫܒܘܬܐ *captivitas* etc., at plerumque ܝ subsistit, ex. gr. ܫܘܝܘܬܐ *æqualitas*, ܪܘܝܘܬܐ *ebrietas*, ܒܪܝܘܬܐ *creatio*, etc.

72[a]. e) Plura nomina ܝ suffixum gerunt, ut ܫܓܘܫܝܐ *tumultus*, ܟܢܘܫܝܐ *congregatio, cœtus*, ܓܒܘܠܝܐ *plasmatio*. Quædam autem, ut ܟܘܪܣܝܐ *sedes*, ܣܘܣܝܐ *equus*, ܓܪܒܝܐ *boreas* in st. constr. exeunt in ܝ, ܟܘܪܣܝ etc. (cf. § 74a).

73. Generatim loquendo feminina in statu emph. et constr. singularis et pluralis, distinguuntur a masculinis per litteram ܬ in terminatione vario modo vocali sociatam pro diverso statu est numero, ut apparet in præcedente paradigmate frequentioris formæ quam nomina servant in variis statibus; at non pauca feminina illo ܬ distinctivo carent vel in sing. ut ܢܦܫܐ *anima*, plur. ܢܦ̈ܫܬܐ. vel in plur. ut ܐܣܬܐ *paries*, plur. ܐܣ̈ܐ. vel in utroque ut ܓܝܓܠܐ *rota*, plur. ܓܝ̈ܓܠܐ. Ex lectione librorum et lexicis hæc erunt addiscenda.

Prætera aliqua nomina quæ ܬ habent in terminatione, quamvis illud radicale sit, femininum genus obtinent ex. gr. ܐܫܬܐ *profundum, fundus*, etc. Alia autem quæ ܬ habent ex addita feminina terminatione, illud ܬ tractant perinde si radicale esset : sunt autem hæc nomina fere ex radicibus infirmis, ubi disparet una vel duæ radicales et per illud ܬ forma trilittera quodammodo sarcitur ex. gr. ܩܫܬܐ *arcus*, ܡܬܐ *patria, pagus*, ܐܫܬܐ *febris*, plur. ܩܫ̈ܬܐ, ܡܬ̈ܘܬܐ, ܐܫ̈ܬܘܬܐ : iterum alia ut ܪܓܫܬܐ *sensatio*, ܓܥܬܐ *vociferatio*. etc. pluralem more masculinorum efformant ܪ̈ܓܫܬܐ, ܓ̈ܥܬܐ. scilicet habito ܬ ut tertia radicali, eorum enim radices sunt ܩܘܫ ܩܪܣ. ܡܬܘ (ܡܬܐ — ܡ̈ܬܘܬܐ, ܐܫܐ (ܐܫ̈ܬܐ — ܐܫܬܐ) ܪܓܫ, ܓܥܐ.

74. Plura nomina feminina ante terminationem adsciscunt ܘ, ea scilicet quæ exhibent formam ܦܥܘܠܐ ut ܡܚܣܢܘܬܐ, et quæ gerunt suffixa ܢܐ, ܝܐ, ܘܐ quæ proinde in variis statibus exeunt in ܢܝܬܐ, ܢܝܬ, ܢܝܐ : pl. ܢ̈ܝܬܐ, ܢܝܬ, ܢܝ̈ܢ, ut ܛܘܒܢܝܬܐ *beata* (excipe ܐܚܝܢܬܐ *cognata* ex ܐܚܝܢܐ), ܒܗܬܬܢܝܬܐ *verecunda*, ܒܪܬܘܢܝܬܐ *filiola* : ita etiam quæ gerunt suffixum ܘܢܐ, at tantum in plurali, ܟܠܒܘܢ̈ܝܬܐ *catellæ*. — Nota et ܙܥܘܪܐ, ܙܥܘܪܝܬܐ, at ܙܥܘܪܬܐ *parva*, mox ܙܥܘܪ̈ܝܬܐ etc.

Rariora sunt in aliis formis feminina quæ ܘ accipiunt, pertinent fere ad formas : ܦܥܠܐ, ܦܥܠܐ, ܦܥܘܠܐ, ex. gr. ܚܫܡܝܬܐ *coena*, ܬܪܒܝܬܐ

cancer, ܩܛܘܠܬܐ *mortifera* : in hac forma ܩܛܘܠܐ sat frequentia sunt quæ ܝ accipiunt in plurali, ex. gr. ܥܒܘܪܝܬܐ *res transitoriæ*, ܥܒܘܕܝܬܐ *effectrices* etc., mox et alia quædam ut ܕܘܟܬܐ *locus* pl. ܕܘܟܝܬܐ, ܟܘܬܝܢܐ *tunica* pl. ܟܘܬܝܢܝܬܐ etc.

74.[1] Feminina quædam statu emph. et abs. carentia videntur vetustam exhibere femininam terminationem in ܝ, ut ܣܠܘܝ *coturnix*, ܥܟܘܒܝ *aranea*, ܐܢܩܝ *contractus*, etc.

DE VOCALIBUS IN VARIIS NOMINUM STATIBUS.

75. In statu constr. sing. quædam nominum formæ vocales retinent eodem modo ac in statu emphatico : quædam ad secundam radicalem vocalem transferunt, interdum etiam eam mutando : quædam aliam vocalem addunt. — De formis ex radicibus *tertiæ iudh* seorsim inferius erit sermo.

I. Vocales immutatæ manent in nominibus quæ in secunda radicali vocalem gravem habent ܩܛܘܠܐ ܩܛܝܠܐ ܕܚܠܐ, st. constr. ܩܛܘܠ ܩܛܝܠ ܕܚܠ : item formæ ex secunda infirma ut ܛܠܐ *ros*, ܢܘܪܐ *ignis*, ܢܝܪܐ *jugum*, st. const. ܛܠ ܢܘܪ ܢܝܪ, et quæ levem vocalem in prima radicali firmiter retinent propter reduplicationem secundæ, ut : ܥܡܐ *populus*, ܠܒܐ *cor*, ܦܘܪܢܐ *furca*, st. const. ܥܡ, ܠܒ, ܦܘܪܢ.

II. Vocalem transferunt in secundam radicalem formæ ܩܛܠܐ, ܩܛܠܐ, ܩܘܛܠܐ, ex. gr. ܚܩܠܐ *ager*, ܙܕܩܐ *justitia*, ܩܘܕܫܐ *sanctitas*, st. const. ܚܩܠ, ܙܕܩ, ܩܘܕܫ. At forma ܩܛܠܐ plerumque vocalem mutat in ܶ, ܠܚܡܐ *panis* ܠܚܡ, etc. in forma autem ܩܘܛܠܐ si ultima radicalis est gutturalis, vocalis non transfertur ܫܘܒܚܐ *gloria* ܫܘܒܚ, etc.

Nomina quæ pro prima vel secunda radicali habent litteram infirmam hoc habent speciale ut nomina *primæ àlaf* retineant vocalem in prima et generatim assumunt ܶ in secunda : ܐܬܪܐ *locus*, ܐܒܠܐ *luctus*, ܐܘܪܥܐ *occursus*, st. const. ܐܬܪ ܐܒܠ ܐܘܪܥ : quæ autem ܝ habent pro prima radicali, illud cum ܶ componunt, ut ܝܠܕܐ *filius* ܝܠܕ, nisi ܝ illud vocali ܘ instructum sit, quæ servatur : ܝܘܩܪܐ *pondus* ܝܘܩܪ. — No-

mina autem secundæ infimæ, quædam nullam mutationem subeunt (I), ut ܩܠܳܐ , ܢܽܘܪܳܐ , ܢܶܫܪܳܐ etc : quædam gerunt in st. emph. diphtongum, quam corripiunt in st. constr. ܨܰܘܡܳܐ *jejunium*. ܩܰܝܣܳܐ *lignum*. st. const. ܨܘܡ , ܩܝܣ etc : sed ܒܰܝܬܳܐ *domus*. st. const. ܒܶܝܬ , abs. ܒܰܝ . — Nota ܗܰܘ , ܓܰܘܢ apud syros occid. ex ܗܰܘܢܳܐ *mens*. ܓܰܘܢܳܐ *color* : regulariter apud orient. ܗܰܘܢ , ܓܰܘܢ .

III. Vocales servant in st. const. eodem modo ac in emph. : at adjugunt ‿ in secunda radicali participia masc. activa ܩܳܛܶܠ (ܩܳܛܠܳܐ) ܡܩܰܛܶܠ , ܡܰܩܛܶܠ , ܡܶܬܩܰܛܶܠ , et passivum primæ formæ ܡܶܬܩܛܶܠ : assumunt ‿ participia passiva, excepto ܩܛܝܠ (I), ܡܩܰܛܰܠ , ܡܶܬܩܰܛܰܠ , ܡܰܩܛܰܠ etc. : item substantiva instructa præfixo ܡ ad instar ܡܰܩܛܠܳܐ ex. gr. ܡܰܥܪܘܩܳܐ *locus refugii*. ܡܰܠܩܛܳܐ *forceps*. ܡܰܫܬܝܳܐ *potus* . ܡܰܥܪܘܩ , ܡܰܠܩܰܛ (ܡܰܫܬܝ) ; mox ܡܰܫܬܝ etc. (§ 72.[a]), et aliquot alia ex. gr. ܥܳܠܡܳܐ *mundus*. ܗܰܝܟܠܳܐ *templum*. ܥܳܠܰܡ , ܗܰܝܟܰܠ .

76. De femininis hæc præterea notanda. Nomina quæ sunt ex formis ܩܛܠܬܳܐ , ܩܛܠܬܳܐ , ܩܛܘܠܬܳܐ , in st. emph. sing. plura vocale affectam habent primam radicalem ex. gr. ܡܰܠܟܬܳܐ *regina*. ܕܶܡܥܬܳܐ *lachryma* ܒܽܘܪܟܬܳܐ *benedictio* ; pleraque vocalem in secunda radicale ponunt, ut ܚܒܰܪܬܳܐ *socia*. ܥܓܰܠܬܳܐ *juvenca*. ܓܽܘܡܰܪܬܳܐ *pruna* (جمرة) . at non nisi in st. emph. sing. unde in reliquis ܚܰܒܪܰܬ ܚܰܒܪܳܢ ܚܰܒܪܳܬܳܐ etc., ܓܽܘܡܪܰܬ ܓܽܘܡܪܳܢ etc.

Ex radicalibus *'ain-vau* feminina quæ diphtongum formant illam ubique servant, ex. gr. ܩܰܘܡܬܳܐ *statura* ܩܰܘܡܰܬ , ܩܰܘܡܳܐ , ܩܰܘܡܳܬܳܐ etc. — Nota ܬܽܘܪܬܳܐ *vacca*, mox ܬܽܘܪܰܬ , ܬܽܘܪܳܢ , ܬܽܘܪܳܬܳܐ , etc.

77. In nominibus *tertiæ infirmæ* terminatio variis statibus propria modificatur juxta sequentes formas :

Masculina.

		Sing.		Plur.		
		St. emph.	constr. abs.	emph.	constr.	abs.
I	*revelans*	ܓܳܠܝܳܐ	ܓܳܠܶܐ	ܓܳܠܶܝܢ̈ܳܐ	ܓܳܠܰܝ̈	ܓܳܠܶܝܢ
	durus	ܩܰܫܝܳܐ	ܩܰܫܶܐ	ܩܰܫܝ̈ܳܐ	ܩܰܫܰܝ̈	ܩܰܫܝܢ
	revelatus	ܡܓܰܠܝܳܐ	ܡܓܰܠܝ	ܡܓܰܠܝ̈ܳܐ	ܡܓܰܠܰܝ̈	ܡܓܰܠܝܢ

II	*capreolus*	ܛܠܝܐ		ܛ̈ܠܝܐ	ܛ̈ܠܝܝ	ܛܠܝܢ
	scissio	ܪܘܫܐ		ܪ̈ܘܫܐ		

Scilicet I. Participia et adjectiva. — Ex his, a typo flexionis propriæ huic nominum classi, solum deflectunt per ܝ in statu constr. et abs. sing. participia formarum auctarum.

II. Substantiva. — In plurali, deflectunt a proprio typo nomina concreta in statu constr. et abs. per ܝ̈ܝ, ܝܢ; abstracta vero in statu emph. per ܝܐ. — In singulari autem, præterquam in statu emph., vix adhibita inveniuntur, (ܡܢ ܫܠܝ *extemplo*, ex ܫܠܝܐ *quies*).

Feminina.

		Sing.			Plur.		
		emph.	constr.	abs.	emph.	constr.	abs.
I	*revelans*	ܓܠܝܬܐ	ܓܠܝܬ	ܓܠܝܐ	ܓ̈ܠܝܬܐ	ܓ̈ܠܝܬ	ܓ̈ܠܝܢ
	iter	ܡܪܕܝܬܐ	ܡܪܕܝܬ	ܡܪܕܝܐ	ܡܪ̈ܕܝܬܐ	ܡܪ̈ܕܝܬ	ܡܪ̈ܕܝܢ
II	*portio*	ܡܢܬܐ			ܡܢܘ̈ܬܐ	ܡܢܘ̈ܬ	ܡܢܘ̈ܢ
	precatio	ܨܠܘܬܐ	ܨܠܘܬ		ܨܠܘ̈ܬܐ	ܨܠܘ̈ܬ	ܨܠܘ̈ܢ
	petitio	ܒܥܘܬܐ	ܒܥܘܬ	ܒܥܘ	ܒܥܘ̈ܬܐ	ܒܥܘ̈ܬ	ܒܥܘ̈ܢ
	animal	ܚܝܘܬܐ	ܚܝܘܬ	ܚܝܘܐ	ܚܝ̈ܘܬܐ	ܚܝ̈ܘܬ	ܚܝ̈ܘܢ

Scilicet I. Ex femininis quæ servant ܝ tertiam radicalem, substantiva terminant per illud in sing. statum absol.; adjectiva et participia regulariter procedunt.

II Quæ autem loco tertiæ radicalis exhibent ܘ, generatim illud componunt in sing. per modum vocalis cum secunda radicali, et per illud terminant in sing. statum abs. — (hanc formam servant etiam nomina ex radicibus firmis aucta suffixo ܘܬܐ, ܡܠܟܘܬܐ ܡܠܟܘܬ ܡܠܟܘ); — nonnulla autem ut ܚܝܘܬܐ (sed et ܚܝܘܬܐ) *animal*, ܚܕܘܬܐ (et ܚܕܘܬܐ) *lætitia*, servant in statu constr. et abs. articulationem illius ܘ, ܚܝܘܬ ܚܝܘܐ, ܚܕܘܬ ܚܕܘܐ. Adde in statu abs. tantum ܡܚܘܐ *ictus* ex ܡܚܘܬܐ ܡܚܘܬ.

79. Plura nomina peculiares in plurali terminationes habent : harum formas sequentia exhibent exempla.

ex ܐܺܝܕܳܐ *manus* pl. ܐܺܝܕܰܝ̈ܳܐ
ܚܶܙܘܳܐ *visio* » ܚܶܙ̈ܘܳܢܳܐ
ܣܘܣܝܳܐ *equus* » ܣܘܣ̈ܘܳܬܳܐ
ܐܶܡܳܐ *mater* » ܐܶܡܗ̈ܳܬܳܐ

Terminatio ܰܝ̈ܳܐ communis in chaldaico etiam nominibus ultimam radicalem firmam habentibus מַלְכַיָּא, in syriaco servata est, supra formas in § 77 recensas, quibusdam tantum substantivis : ܒܢܰܝ̈ܳܐ *filii*, ܫܡܰܝ̈ܳܐ *coeli*, ܫܢܰܝ̈ܳܐ *anni*, ܡܰܝ̈ܳܐ *aquæ*, *aqua*, ܙܢܰܝ̈ *modi*, ܬܕܰܝ̈ܳܐ *ubera*, etc : (cf. § 85). In statu abs. terminatio est ܰܝܢ, in constr. ܰܝ.

Terminationem ܳܢܶ̈ܐ (St. abs. ܳܢܺܝܢ, constr. ܳܢܰܝ) hæc nomina assumunt : ܪܰܘܪܒܳܐ *multus* ܪܰܘܪ̈ܒܳܢܶܐ *optimates*, ܣܰܡܳܐ *medicina* ܣܰܡܳܢܶ̈ܐ, ܪܶܝܚܳܐ *odor*, ܡܶܫܚܳܐ *unctio*, ܚܰܡܪܳܐ *vinum*, ܪܰܒܳܐ *magister* : sequentia autem ܐܶܒܳܐ *fructus*, ܒܶܣܡܳܐ *aroma*, ܒܶܣܪܳܐ *caro*, ܓܰܘܢܳܐ *color*, ܓܶܢܣܳܐ *genus*, ܫܰܠܺܝܛܳܐ *dominator*; utramque formam habent ܐܶܒ̈ܶܐ ܐܶܒܳܢܶ̈ܐ, ܒܶܣ̈ܡܶܐ ܒܶܣܡܳܢܶ̈ܐ, ܓܰܘ̈ܢܶܐ ܓܰܘܢܳܢܶ̈ܐ, etc.

Quæ terminationem ܘܳܬܳܐ assumunt, pleraque sunt ex tertia radicali ܝ, et ex iis quæ suffixum ܝ in st. constr. flectunt in ܰܝ (§ 72[a]), ex. gr. ܪܳܥܝܳܐ *pastor* ܪ̈ܳܥܰܘܳܬܳܐ, ܚܶܘܝܳܐ *serpens* ܚܶܘ̈ܘܳܬܳܐ, etc.; ܟܘܪܣܝܳܐ *sedes* ܟܘܪ̈ܣܘܳܬܳܐ, etc : sed et ex aliis formis, ex. gr. ܠܶܒܳܐ *cor* ܠܶܒ̈ܘܳܬܳܐ, ܚܰܝܠܳܐ *vis*, ܚܰܝܠ̈ܘܳܬܳܐ *exercitus*, ܐܰܬܪܳܐ *locus* ܐܰܬܪ̈ܘܳܬܳܐ, ܢܰܗܪܳܐ *flumen* ܢܰܗܪ̈ܘܳܬܳܐ, etc. In quibusdam feminini generis vocalis ܘ hujus terminationis excidit, ex. gr. ܢܽܘܪܳܐ *ignis* ܢܽܘܪ̈ܳܬܳܐ, ܐܳܬܳܐ *signum* ܐܳܬ̈ܘܳܬܳܐ, etc. adde ܝܰܘܡܳܐ masc. *dies* ܝܰܘܡ̈ܳܬܳܐ

Terminationem ܗܳܬܳܐ sequentia nomina habent : ܐܰܒܳܗ̈ܳܬܳܐ *patres* (et ܐܰܒ̈ܳܗܶܐ) ܐܶܡܗ̈ܳܬܳܐ *matres* (et ܐܶܡܳܗ̈ܶܐ), item ܐܽܘܡܗ̈ܳܬܳܐ *nationes* ex

ܐܡܗܘܬܐ أمهة), ܐܡܗܬܐ *ancillæ* (ex ܐܡܬܐ أمة), ܫܡܗܬܐ *nomina* (et ܫܡܗܘܬܐ) ex ܫܡܐ.

SUFFIXA PRONOMINALIA POSSESSIVA.

80. Pronomina possessiva *meus, tuus* etc. per sequentia suffixa nominibus adnexa significantur.

pro 1. pers. utriusque generis sing. ܝ, pl. ܢ

pro 2 m. » ܟ, f. ܟܝ pl. ܟܘܢ, ܟܝܢ

pro 3 m. » ܗ, f. ܗ pl. ܗܘܢ, ܗܝܢ

Nomina pluralia terminationem masculinorum habentia eam convertunt in ܝ ante suffixa ut apparet ex sequenti paradigmate.

	Sing. masc.	Sing. fem.	Plur. masc.	Plur. fem.
1 p. Sing.	ܟܬܒܝ *liber meus*		ܟܬܒܝ	
2 p. »	ܟܬܒܟ	ܟܬܒܟܝ	ܟܬܒܝܟ	ܟܬܒܝܟܝ
3 p. »	ܟܬܒܗ	ܟܬܒܗ	ܟܬܒܘܗܝ	ܟܬܒܝܗ
1 p. Pl.	ܟܬܒܢ		ܟܬܒܝܢ	
2 p. »	ܟܬܒܟܘܢ	ܟܬܒܟܝܢ	ܟܬܒܝܟܘܢ	ܟܬܒܝܟܝܢ
3 p. »	ܟܬܒܗܘܢ	ܟܬܒܗܝܢ	ܟܬܒܝܗܘܢ	ܟܬܒܝܗܝܢ

Notandum attenuari ܝ suffixorum ܟܝܢ ܟܘܢ etiam post consonantes, non autem post diphtongos : præterea ܝ suffixum primæ personæ in sing. non pronuntiari, et in plur. confundi cum ܝ terminationis.

81. Accedentibus suffixis, vocales nominis in masculinis immutatæ manent ut in statu emph. si secunda radicalis vocali caret vel longa vocali sit instructa, ut ܟܬܒܢ, ܢܦܫܝ *anima mea*. ܡܠܟܢ *rex noster*, ܡܠܟܗܘܢ *consilium eorum*. ܩܘܕܫܗ *sanctitas ejus* ܣܗܕܝܟܘܢ *testes vestri*, etc.

Nomina quæ, recedente terminatione status emphatici, adjun-

gunt in st. abs. vocalem in secunda radicali (§ 75 III.) hanc vocalem retinent cum iis suffixis quæ propriam vocalem ultimæ radicali non cedunt (§ 59.), scilicet ܝ , ܟܘܢ ܟܝܢ , ܗܘܢ , ܗܝܢ , sic ex. gr. ex ܡܠܟܘܬܐ ܡܠܟܘܬ habetur ܡܠܟܘܬܝ ܡܠܟܘܬܟܘܢ etc. e contra ܡܠܟܘܬܟ , ܡܠܟܘܬܗ etc. sic ex ܪܚܡܐ *amicus* (*amans*) ܪܚܡܝ , ܪܚܡܟܘܢ etc. at ܪܚܡܟ , ܪܚܡܗ etc. ܡܡܠܟܘܬܢ etc. ܡܡܠܟܘܬܟ etc.

Mox pariter ܟܘܪܣܘܬܗܘܢ – ܟܘܪܣܘܗ , ܡܫܬܝܬܟܘܢ – ܡܫܬܝܗ et similia; in quibus animadvertas ܝ suffixi 1. pers. confundi cum illo voci proprio, vel adscito (§ 72ª), ܡܫܬܝ *potus meus* ܟܘܪܣܝ *thronus meus.*

82. Accedentibus suffixis ܝ , ܟܝܢ ܟܘܢ , ܗܘܢ ܗܝܢ , terminationi femininæ, nomina quæ in penultima radicali vocali carent, ante ܬ vocalem ܰ assumunt, sic ܡܠܟܬܐ *regina* ܡܠܟܬܝ , ܡܠܟܬܟܘܢ etc.: secus vero cum aliis suffixis: ܡܠܟܬܟ , ܡܠܟܬܗ etc. Hæc tamen regula interdum deficit, præsertim in nominibus ex radicibus *'ain-geminatæ,* sic ex. gr. ܚܡܬܝ *ira mea:* similiter ܓܦܬܝ *vitis mea* (ex ܓܦܬܐ ubi tertia radicalis ܢ assimilata est in ܬ, plur. ܓܦܢܐ), etc. — Quæ autem vocalem in penultima radicali habent, omnia suffixa sine illo ܰ in terminatione accipiunt, ex. gr. ܚܒܪܬܝ *socia mea,* ܝܠܕܬܟ *genitrix tua,* ܬܫܒܘܚܬܗܘܢ *gloria eorum,* etc. Non raro tamen quæ secundam radicalem infirmam cum vocale primæ radicalis compositam gerunt, inveniuntur adhibita cum illo ܰ ex. gr. ܫܥܬܝ *hora mea.*

83. Etiam nomina ex radicibus *tertiæ infirmæ* si secundam radicalem vocale instructam habent omnia suffixa accipiunt sine ulla mutatione, ex. gr. ex ܒܪܘܝܐ , ܒܪܘܝܝ *creator meus.* ܒܪܘܝܗ etc. Si vero secunda radicalis vocale caret, ut ܛܠܝܐ *hinnulus* ܪܢܝܐ *cogitatio,* regulariter formant, ܛܠܝܟ , ܪܢܝܟ , ܪܢܝܗ , at cum suffixis quæ vocalem non cedunt, addunt ܰ in secunda radicali ܪܢܝܝ , ܪܢܝܗܘܢ etc: sed etiam more syrorum orientalium, dici potest cum suffixo 1. pers. ܪܢܝܝ , ܛܠܝܝ . In plurali autem substantiva regulariter procedunt

ܛܠܝ̈ܝ, *hinnuli mei*, ܛܠܝ̈ܟ, ܛܠܝ̈ܗܘܢ etc.: adjectiva autem post ܝ radicale servare possunt ܝ terminationis vel omittere, sic ܛܠܝ̈ܝܝ vel ܛܠܝ̈ܝ *juvenes mei* ܛܠܝ̈ܝܟ vel ܛܠܝ̈ܟ, ܛܠܝ̈ܝܗܘܢ, vel ܛܠܝ̈ܗܘܢ etc.

84. Feminina cum terminatione ܬܐ, ܬܐ quæ hujus vocalem in st. constr. mutant in ܬ, ܬ, huic adjungunt suffixa ܝ, ܟܘܢ, etc. ܛܠܝܬܝ, ܛܠܝܬܟܘܢ *puella mea, vestra* etc. ܚܕܘܬܝ, ܚܕܘܬܟܘܢ *gaudium meum, vestrum*, etc. cum aliis suffixis ܛܠܝܬܟ, ܚܕܘܬܗ etc. Quæ autem vocalem terminationis non mutant, omnia suffixa eodem modo accipiunt: ܬܘܕܝܬܝ ܬܘܕܝܬܟ *confessio mea, tua*, etc. ܨܠܘܬܝ, ܨܠܘܬܟ *oratio mea, tua*, etc: idem servatur in pluralibus in ܬ̈ܐ.

NOMINA HETEROCLITA.

85. Quædam anomaliæ in sequentibus nominibus notandæ sunt.

ܐܒܐ *pater*, ܐܒܝ *pater meus*, deinceps ܐܒܘܟ, ܐܒܘܟܝ; ܐܒܘܗܘܢ etc. plur. ܐܒܗ̈ܐ, ܐܒܗ̈ܬܐ.

ܐܘܝܐ *æqualis* pl. ܐܘܝ̈ܐ, ܐܘܝ̈ܢ, pl. f. ܐܘܝ̈ܬܐ.

ܐܚܪܢܐ ܐܚܪܝܢ *alius*, f. ܐܚܪܢܝܐ (vel ܐܚܪܢܝܐ) ܐܚܪܢܝܬ, ܐܚܪܬܐ, pl. ܐܚܪ̈ܢܝܢ, ܐܚܪ̈ܢܝ, ܐܚܪ̈ܢܐ: ܐܚܪ̈ܢܝܢ, ܐܚܪ̈ܢܝܬ, ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ.

ܐܚܐ *frater*, ܐܚܝ *frater meus*, mox ܐܚܘܟ, ܐܚܘܟܝ, ܐܚܘܗܘܢ etc.

ܐܠܦ, ܐܠܦܐ, *mille* pl. ܐܠܦ̈ܐ, ܐܠܦ̈ܝܐ, ܐܠܦ̈ܝܢ.

ܐܡܐ *mater*, pl. ܐܡܗ̈ܬܐ et ܐܡܗ̈ܐ.

ܐܘܡܬܐ *natio* pl. ܐܡܘ̈ܬܐ, ܐܡܘ̈ܢ, et ܐܘܡܘ̈ܬܐ, ܐܘܡܘ̈ܢ.

(ܐܦܐ) ܐܦ̈ܐ et ܐܦ̈ܐ, ܐܦ̈ܝܢ, ܐܦ̈ܝ *facies*; ܐܦ̈ܝܟ etc.

ܐܢܫ et ܢܫ, *quidam*, plur. ܐܢܫ̈ܝܢ, ܢܫ̈ܝܢ: at ܐܢܫܐ *homo* (collective ܐܢܫ̈ܐ *homines*) pluralem non habet nisi cum suffix. et in statu constr. ܐܢܫ̈ܝ: ܒܪܐܢܫܐ *homo* (filius hominis) pl. ܒܢ̈ܝ ܐܢܫܐ.

ܐܢܬܬܐ *mulier*, st. constr. ܐܢܬܬ: ܐܢܬܬܟ etc. pl. ܢܫ̈ܐ, ܢܫ̈ܝܢ, ܢܫ̈ܝ.

ܐܪܝܐ *leo*, fem. ܐܪܝܘܬܐ, pl. m. ܐܪ̈ܝܘܬܐ, ܐܪ̈ܝܘܢ, f. ܐܪ̈ܝܘܬܐ.

ܒܝܬܐ *domus*, st. abs. ܒܝܬ, constr. ܒܝܬ, cum suffixis ܒܝܬ: pl. ܒܬ̈ܐ ܒܬ̈ܝܢ: ܒܬ̈ܝ, ܒܬ̈ܝܟܘܢ etc.

ܒܪܐ *filius*, st. constr. ܒܪ, pl. ܒܢ̈ܝܐ, ܒܢܝܢ, ܒܢ̈ܝ: cum suffixis ܒܪܝ, ܒܪܟܘܢ etc. at ܒܪܟ, ܒܪܟܝ, ܒܪܗ, ܒܪܝ, etc. ܒܢ̈ܝܟ etc.

ܒܪܬܐ *filia*, st. constr. ܒܪܬ, absoluto caret; ܒܪܬܟ, ܒܪܬܗ etc. *filia mea* ܒܪܬܝ: plur. ܒܢ̈ܬܐ, ܒܢ̈ܬ, ܒ̈ܢܢ.

ܕܡܐ *sanguis*, st. abs. ܕܡ; ܕܡܝ, ܕܡܗ etc.

ܐܢܐ *modus*, abs. ܐܢ vel ܐܢ, pl. ܐܢ̈ܝܐ, ܐܢ̈ܝܢ, ܐܢ̈ܝ.

ܚܕܝܐ *pectus*, pl. ܚܕ̈ܝܐ, ܚܕ̈ܝܐ, ܚܕ̈ܘܬܐ.

ܚܕܬܐ *novus*, st. ab. ܚܕܬ, fem. ܚܕܬܬܐ st. constr. ܚܕܬܬ, pl. ܚܕ̈ܬܬܐ.

ܚܡܐ *socer*, st. abs. ܚܡ, pl. ܚܡ̈ܘܗܐ, ܚܡܝ, mox ܚܡܘܟ, ܚܡܘܗܝ etc.

ܚܬܐ *soror*,, st. abs. et constr. caret, pl. ܐܚ̈ܘܬܐ.

ܛܠܝܐ *juvenis*, adjective, st. constr. ܛܠܐ fem. ܛܠܝܬܐ § 77). Substantive pl. ܛܠ̈ܝܐ, ܛܠ̈ܝܢ, f. ܛܠ̈ܝܬܐ.

(ܝܕܐ) ܐܝܕܐ *manus*, st. constr. ܐܝܕ, et ܝܕ; ܐܝܕܝ, ܐܝܕܗ etc. pl. ܐܝ̈ܕܝܐ et ܐܝ̈ܕܐ, et ܐܝ̈ܕܗܬܐ, ܐܝ̈ܕܝܟ, ܐܝ̈ܕܝܗܘܢ etc.

ܠܠܝܐ *nox*. (ܠܠܝܐ, ܠܝܠܝܐ) st. abs. ܠܝܠܐ, constr. caret pl. ܠܠ̈ܘܬܐ, ܠܠ̈ܘܢ.

ܡ̈ܝܐ, *aqua*, *aquæ*, ܡܝܢ, ܡ̈ܝ, cum suff. ܡ̈ܝܟ vel ܡ̈ܝܡܟ, ܡ̈ܝܘܗܝ vel ܡ̈ܝܘܗܝ etc.

ܡܪܝܐ *Dominus*. ܡܪܐ *dominus*, st. constr. ܡܪܐ, fem. ܡܪܬܐ, ܡܪܬ, pl. ܡܖ̈ܘܬܐ et ܡܖ̈ܐ et ܡܖ̈ܘܬܐ, ܡܖ̈ܘܢ, ܡܖ̈ܝ, ܡܖ̈ܘܬܝ; fem. ܡܖ̈ܬܐ; ܡܪܝ, ܡܪܢ, ܡܪܟ, ܡܪܗ, ܡܖ̈ܝܗܘܢ etc.

ܣܦܬܐ *labium*, st. ab. ܣܦܐ, constr. ܣܦܬ pl. ܣܦ̈ܘܬܐ; ܣܦܬܝ, ܣܦܬܟ, etc.

ܩܛܘܬܐ *cucumis* pl. ܩ̈ܛܝܐ et etiam ܩܛ̈ܘܬܐ) ܩ̈ܛܝ.

ܩܪܝܬܐ *civitas, pagus* st. abs. ܩܪܝܐ, constr. ܩܪܝܬ et ܩܘܪܝܬ: cum suff. ܩܪܝܬܝ, ܩܪܝܬܟ etc. pl. ܩܘܖ̈ܝܐ et ܩܘܖ̈ܝܬܐ, st. abs. caret, constr ܩܘܖ̈ܝܬ; ܩܘܖ̈ܝܬܟ et ܩܘܖ̈ܝܟ etc.

ܪܒܐ *magnus, dominus*, ܪܒ, f. ܪܒܬܐ, ܪܒܬ etc., pl. ܪܘܪ̈ܒܐ *optimates*, ܪܘܪܒܢ, ܪܘܪ̈ܒܝ. et ܪܘܪ̈ܒܢܐ, ܪܘܪ̈ܒܢܝ, ܪܘܪ̈ܒܢܝܢ.

ܫܡܐ *nomen*, ܫܡ: ܫܡܝ, ܫܡܟܘܢ etc. ܫܡܟܝ, ܫܡܗ etc. pl. ܫܡ̈ܗܐ, ܫܡ̈ܗܬܐ.

ܫܡܝܐ *coelum*, ܫܡܝܢ, ܫܡܝ; ܫܡܝܟ etc.

ܫܢܬܐ *annus*, st. abs. ܫܢܐ, constr. ܫܢܬ. pl. ܫܢܝܐ, ܫܢܝܢ, ܫܢܝ.

ܬܕܐ *uber*, pl. ܬܕܘܬܐ, ܬܕܘܬ; ܬܕܘܗ, ܬܕܘܬܗܘܢ etc.

NOMINA NUMERALIA.

86. Nomina numeros exprimentia a 8 ad 10 formam femininam accipiunt quæ substantivis masculinis junguntur, et masculinam quæ femininis.

Cardinalia.

	masc.	fem.		masc.	fem.
1	ܚܕ	ܚܕܐ	11	ܚܕܥܣܪ	ܚܕܥܣܪܐ
2	ܬܪܝܢ	ܬܪܬܝܢ	12	ܬܪܥܣܪ	ܬܪܬܥܣܪܐ
3	ܬܠܬܐ	ܬܠܬ	13	ܬܠܬܥܣܪ	ܬܠܬܥܣܪܐ
4	ܐܪܒܥܐ	ܐܪܒܥ	14	ܐܪܒܥܬܥܣܪ	ܐܪܒܥܣܪܐ
5	ܚܡܫܐ	ܚܡܫ	15	ܚܡܫܬܥܣܪ, ܚܡܫܥܣܪ	ܚܡܫܥܣܪܐ
6	ܐܫܬܐ . ܫܬܐ	ܫܬ	16	ܫܬܬܥܣܪ, ܫܬܥܣܪ	ܫܬܬܥܣܪܐ, ܫܬܥܣܪܐ
7	ܫܒܥܐ	ܫܒܥ	17	ܫܒܥܬܥܣܪ, ܫܒܥܥܣܪ	ܫܒܥܣܪܐ
8	ܬܡܢܝܐ	ܬܡܢܐ	18	ܬܡܢܬܥܣܪ, ܬܡܢܥܣܪ	ܬܡܢܥܣܪܐ
9	ܬܫܥܐ	ܬܫܥ			
10	ܥܣܪܐ	ܥܣܪ	19	ܬܫܥܬܥܣܪ, ܬܫܥܥܣܪ	ܬܫܥܣܪܐ

20 ܥܣܪܝܢ. 30 ܬܠܬܝܢ, 40 ܐܪܒܥܝܢ, 50 ܚܡܫܝܢ, 60 ܫܬܝܢ, 70 ܫܒܥܝܢ, 80 ܬܡܢܝܢ, 90 ܬܫܥܝܢ, 100 ܡܐܐ vel ܡܐܬܐ, 200 ܡܐܬܝܢ vel ܡܐܬܝܢ, 300 ܬܠܬܡܐܐ vel ܬܠܬܡܐܘܬܐ etc. 1000 ܐܠܦ, ܐܠܦܐ pl. ܐܠܦܝܢ, ܐܠܦܐ̈, 2000 ܬܪܝܢ ܐܠܦܝܢ, 3000 ܬܠܬܐ ܐܠܦܝܢ 10,000 ܪܒܘ, ܪܒܘܬܐ, pl. ܪܒܘܢ, ܪܒܘܬܐ.

Extant etiam formæ ܬܪܬܐ, ܬܠܬܐ, ܐܪܒܥܬܐ, ܚܡܫܬܐ, ܐܫܬܐ, ܫܒܥܬܐ,

ܠܐܪܒܥܬܐ , ܠܬܠܬܐ , ܒܥܣܪܐ , ad dies mensi indicandos, sic ܐܪܒܥܬܐ ܒܝܪܚܐ *quarta mensis,* etc.

Numeri compositi ut 32, 44, etc. per copulam ܘ formantur ܬܠܬܝܢ ܘܬܪܝܢ , ܐܪܒܥܝܢ ܘܐܪܒܥܐ etc.

Numeralia accipere possunt suffixa more pluralium, ex. gr. ܬܪܝܢ *nos duo,* ܬܪܬܝܗܝܢ *ipsæ duæ* : deinceps genus in solo suffixo distinguitur et numerus assumit formam pluralem femininorum, ex. gr. ܐܪܒܥܬܝܗܘܢ *ipsi quator,* etc.

Ordinalia.

	masc.	fem.		masc.	fem.
1us	ܩܕܡܝܐ , ܩܕܡܐ	ܩܕܡܝܬܐ	6us	ܫܬܝܬܝܐ	ܫܬܝܬܝܬܐ
2us	ܬܪܝܢܐ	ܬܪܝܢܝܬܐ	7us	ܫܒܝܥܝܐ	ܫܒܝܥܝܬܐ
3us	ܬܠܝܬܝܐ	ܬܠܝܬܝܬܐ	8us	ܬܡܝܢܝܐ	ܬܡܝܢܝܬܐ
4us	ܪܒܝܥܝܐ	ܪܒܝܥܝܬܐ	9us	ܬܫܝܥܝܐ	ܬܫܝܥܝܬܐ
5us	ܚܡܝܫܝܐ	ܚܡܝܫܝܬܐ	10us	ܥܣܝܪܝܐ	ܥܣܝܪܝܬܐ

11us ܚܕܥܣܝܪܝܐ vel ܚܕܥܣܪܝܐ , 12us ܬܪܥܣܝܪܝܐ vel ܬܪܥܣܪܝܐ etc. 20us ܥܣܪܝܢܝܐ f. ܥܣܪܝܢܝܬܐ 30us ܬܠܬܝܢܝܐ f. ܬܠܬܝܢܝܬܐ etc.

1/2 ܦܠܓܐ , 1/3 ܬܘܠܬܐ , 1/4 ܪܘܒܥܐ vel ܪܘܒܥܐ , 1/5 ܚܘܡܫܐ vel ܚܘܡܫܐ etc.

Ex ordinalibus non invenitur in syriaco *centesimus, millesimus.* Frequentius adhibetur numerus cardinalis præposito ܕ ad ordinalia indicanda, ex. gr. ܝܘܡܐ ܕܬܪܝܢ *dies secundus,* ܕܚܕܥܣܪ *undecimus,* etc.

Adverbia ex ordinalibus formantur : ܩܕܡܐܝܬ , ܬܠܝܬܐܝܬ etc. *primo, tertio,* etc.

CAPUT QUARTUM

De adverbiis et particulis

87. Plura adverbia ex nominibus formantur : quædam ex adhibito nomine in st. abs. ex. gr. ܩܠܝܠ *parum,* ܒܨܝܪ *minus,* ܣܓܝ *multum,* ܝܬܝܪ *amplius,* ܛܒ *bene,* ܫܦܝܪ *pulchre,* etc.

Quædam addito ܬ feminini : ܚܝܐܝܬ *vitaliter,* ܪܒܐܝܬ *multum,* ܩܕܡܐܝܬ *primo,* ܐܚܪܐܝܬ *ultimo,* ܥܪܛܠܐܝܬ *nude,* etc. Frequentibus addita terminatione ܢܐܝܬ (ܝܐܝܬ) ܡܦܫܩܢܐܝܬ , ܩܕܡܝܢܐܝܬ etc. aliquando etiam terminationem ܬܐ assumunt ܬܠܝܬܝܬܐ *tertio* etc.

Ex nominibus cum particulis adverbia et locutiones adverbiales formantur, ex. gr. ܫܥܬܐ *hora* ܗܫܐ *nunc,* ܥܕܡܐ ܠܗܫܐ et contracte ܥܕܡܫ *usque nunc,* item ܡܢ ܠܩܕܡܝܢ *antiquitus* (ex *prioribus*) ܕܒܩܘܫܬܐ *vere* (ex ܩܘܫܬܐ *veritas* quod plurali caret), ܕܡܢ ܫܪܝ *recenter* (ܫܪܝ *incepit*), ܒܕܡܘܬܐ *ad instar,* ܐܝܟ ܕܒܦܘܪܫܢܐ *distincte* (*sic-ut cum distinctione*).

Alia adverbia propriam suæ radicis significationem habent, at pleraque alias particulas sibi associant : ex. gr. ܬܢܐ *hic,* ܗܪܟܐ *hic,* ܠܗܪܟܐ , ܠܟܐ *huc, illuc.* ܡܟܐ , ܡܢ ܗܪܟܐ *hinc,* ܐܝܟܐ *ubi ? quo ?* ܐܝܡܟܐ *unde ?* ܡܢ ܬܚܬ *subtus,* ܠܬܚܬ *«ad» infra,* ܬܡܢ *ibi,* ܠܬܡܢ *illuc,* ܡܢ ܬܡܢ *inde.* ܕܝܢ *autem, quidem.* ܗܝܕܝܢ *tunc,* ܡܟܝܠ *nunc.* ܥܕܡܟܝܠ *usque nunc,* ܗܟܝܠ *igitur,* etc.

DE PARTICULIS.

CONJUNCTIONES ET PRÆPOSITIONES.

88. Plures particulæ conjunctionum et præpositionum munere funguntur. Procliticæ ܒܘܠ , ܒ *in,* ܕ (pronomen relativum) *quod, ut, quoniam,* genitivo etiam indicando inservit, ܘ *et,* ܠ *ad,* dativi et accusativi sensum affert : ܐܘ *vel,* etiam comparativo inservit, ܐܦ *etiam,* ܐܢ *si,* ܠܐ *non,* ܐܦܢ (ܐܦ ܐܢ) *etsi,* ܐܦܠܐ (ܐܦ ܠܐ) *neque,* ܐܢ ܠܐ , ܐܠܐ *si non, nisi, sed, quin, præterquam,* ܥܕ *usque,* ܥܕܠܐ *nondum, antequam,* ܐܝܟ (ܐܝܟܢܐ) *sicut,* ܗܟܢܐ *ita, sicut,* ܡܢ *ex,* ܥܡ *cum,* ܐܬܪ (ܐܬܪܐ *locus*) *apud,* ܒܬܪ *post,* ܝܕ *apud,* ܠܘܬ *apud, versus,* ܒܣܬܪ *post,* ܠܓܒܐ *juxta,* ܡܡܬܘܡ *unquam,* ܚܠܦ *pro,* ܡܛܠ *propter,* ܩܕܡ *præ, coram,* ܠܩܕܡ *ante,* ܠܘܩܒܠ *coram, ob,* ܒܝܬ *inter,* ܬܚܝܬ (ܬܚܘܬ) *sub,* ܒܠܥܕ *absque,* etc.

Quædam etiam nomina ad munus præpositionum assumuntur, ex. gr. ܚܕܪ (ܚܕܪ *circumdare*) *circum*. ܒܕܘܟ (ܕܘܟܬܐ *locus*) *loco*, ܦܘܬ (ܦܘܬܐ *finis*) *ut*, aliaque.

Plures præpositiones suffixis pronominalibus annectuntur : sequentes more nominum masculinorum ܥܡ , ܡܢ , ܠܘܬ , ܠܘܩ-ܒܠ , ܐܟܘܬ , ܚܠܦ , ܒ , ܠ (in ܒܝ , ܠܝ pronuntiatur ܝ) ܒܣܬܪ , ܒܬܪ (ܒܬܪܝ , ܒܬܪܢ , ܒܣܬܪܟܘܢ etc. at ܒܬܪܗ , ܒܣܬܪܗ etc.) ܠܘܩܒܠ (ܠܘܩܒܠܝ etc. at ܠܘܩܒܠܗ etc.).

Sequentes præpositiones adnectunt suffixa more pluralium : ܩܕܡ , ܥܠ , ܒܝܬ , ܟܠ , ܚܕܪ , ܒܝܢ , ܥܕܡ , adde adverbium ܒܠܚܘܕ , ex. gr. ܩܕܡܝ , ܥܠܘܗܝ , etc. Præpositio ܡܛܠ cum suffixis pluralem femininum fingit ܡܛܠܬܗ , etc. Item ܒܝܬ suffixa non recipit, at alteri formæ ܒܝܢ junguntur, ܒܝܢܝ , ܒܝܢܬ etc. vel ܒܝܢܬܗ , ܒܝܢܬܗܝ etc. Pro ܠܘܩܒܠ cum suffixis adhibetur forma ܩܘܒܠܗ , ܩܘܒܠܝ , ܩܘܒܠܗܘܢ etc.

CAPUT QUINTUM

NOTANDA QUÆDAM DE SYNTAXI.

Præcipua tantum syriacæ linguæ idiomata, ut hujus opellæ ratio fert, heic exponenda veniunt : pleraque porro facilius librorum lectione discuntur quam præceptis ; non nulla tamen enucleatius explicanda sunt ut librorum intellectus juvetur. — Sat multa ad particulas spectant, quæ diverse adhibitæ variam induunt significandi vim : ea in lexico chrestomathiæ adiecto declarata reperiuntur.

89. Circa pronomina hæc notanda veniunt.

Pronomina personalia sæpe vicem gerunt verbi substantivi. ܐܢܐ ܐܢܐ *ego sum* etc. — In ܐܢܐ , hoc sensu usurpato, occultatur ܐ ; et occultatur ܗ in ܗܝ , ܗܘ : hæc duo propriam vocalem cedunt ultimæ litte-

ræ vocabuli præcedentis si vocali caret, ܠܰܝܬܶܘܗ̱ « *laitû* » *non est*, ܒܶܣܪܝ ܗ̱ܘ « *bes-riû* » *caro mea est* ; si ultima illa vocalem habet, diphthongus formatur, ܗܳܕܶܐ ܗ̱ܝ « *hàdhài* » *hæc est* ; ante ܗ̱ܘ tamen, si vocalis ultimæ illius est ܳ , mutatur in ܰ . ܗܳܢܳܘ ܗ̱ܘ « *hànau* » *hic est*, etc.

Pronomen ܗ̱ܘ , ܐܶܢܘܢ valet etiam pro verbo substantivo in prima et secunda persona, ex. gr. ܐܰܢ̱ܬ ܗ̱ܘ ܗܳܟܺܝܠ ܒ݁ܪܶܗ ܕ݁ܰܐܠܳܗܳܐ , *tu es ergo Filius Dei ?* Luc. 22, 70 : ܐܢ̱ܬܘܢ ܐܶܢܘܢ ܕ݁ܰܩܘܰܝܬ݁ܘܢ ܥܰܡܝ ܒ݁ܢܶܣܝܽܘܢܰܝ , *vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis*, ibid. 28.

Interdum ܗ̱ܘ , ܗ̱ܝ præponitur nominibus ad instar articuli : ܘܗ̱ܘ ܡܶܠܬ݂ܳܐ ܐܺܝܬ݂ܰܘܗ̱ܝ ܗ̱ܘܳܐ ܠܘܳܬ݂ ܐܰܠܳܗܳܐ ܘܰܐܠܳܗܳܐ ܐܺܝܬ݂ܰܘܗ̱ܝ ܗ̱ܘܳܐ ܗ̱ܘ ܡܶܠܬ݂ܳܐ , *et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*, Io. 1, 1. ; sic ܗ̱ܘ ܝܶܫܘܥ , ܗ̱ܘ ܫܶܡܥܘܢ passim in evangeliis ; : præponitur etiam pronomini demonstrativo, ܗ̱ܘ ܗܳܢܳܐ *iste*, ܗ̱ܝ ܗܳܕܶܐ *ista*, ܗܶܢܶܝܢ ܗܳܠܶܝܢ *res illæ*, etc.

Sæpe ܗ̱ܘ encliticum vocabulis ad majorem determinationem subnectitur : ܘܰܝܬ݁ܺܝܪ ܡܶܢ ܕ݁ܰܒ݂ܟ݂ܽܠ ܡܶܕ݁ܶܡ ܒ݁ܗܳܠܶܝܢ ܗ̱ܘ ܦ݁ܽܘܩܕ݁ܳܢܶܐ ܡܫܰܟ݂ܰܚ ܒ݁ܰܪܢܳܫܳܐ *quod multo plus quam per rem quamcumque per hæc præcepta potens est homo*, Bardes. cf. chrestom. p. 27, lin. 9 : ܐܰܝܟ݂ ܕ݁ܰܡܫܰܟ݂ܚܳܢܳܐ ܗ̱ܘ ܕ݁ܰܚܝܺܠܬ݂ܳܢܶܐ ܒ݁ܰܦ݂ܓ݂ܪܗܘܢ ܡܶܫܟ݁ܚܺܝܢ ܠܡܶܓ݂ܡܰܪܗ̇ . *qualia non nisi validi corpore possunt perficere*, ibid. l. 12.

90. Pronomina suffixa nominibus adiecta interdum sensum habent non obiectivum sed subiectivum : ܘܕ݂ܶܚܠܬ݂ܟ݂ܘܢ ܘܪܶܬ݂ܶܬ݂ܟ݂ܘܢ ܠܶܗܘܶܐ ܥܰܠ ܟ݁ܽܠܗ̇ ܚܰܝܘܬ݂ܳܐ ܕ݁ܰܐܪܥܳܐ *timor vester et tremor vester sit super omne animal terræ*, Gen. 9, 2. ; ܘܩܰܪܶܒ݂ ܩܽܘܪܒ݁ܳܢܳܐ ܐܰܝܟ݂ ܕ݁ܦ݂ܰܩܶܕ݂ ܡܽܘܫܶܐ ܠܣܳܗܕ݁ܽܘܬ݂ܗܘܢ *et offer munus sicut præcepit Moyses in testimonium illis*, Mt. 8, 4. — Præsertim id locum habet in infinitivis : ܘܠܳܐ ܐܶܫܟ݁ܚܽܘ ܠܡܰܐܣܳܝܽܘܬ݂ܶܗ *et non potuerunt curare eum*, Mt. 17, 16 : ܠܡܳܢܳܐ ܚܢܰܢ ܠܳܐ ܐܶܫܟ݁ܰܚܢ ܠܡܰܦ݁ܩܳܢܽܘܬ݂ܶܗ *quare nos non potuimus ejicere eum ?* Mr. 9, 28.

Pronomina suffixa sæpe pleonastice adhibentur : ܗܳܐ ܐܶܡܪܶܗ ܕ݁ܰܐܠܳܗܳܐ , *ecce agnus Dei* ; ܐܶܫܟ݁ܰܚܢܳܝܗ̱ܝ ܠܡܫܺܝܚܳܐ , *invenimus Messiam*. Interdum per

hoc emphasis exprimitur : ܡܢܗ ܐܢܐ ܡܢ ܐܦܣܘܣ , *ex Epheso sum ego*, Iac. Sarug. chr. 51, 6. — Sæpe etiam adhibentur adiecta particulis, his iteratis : ܐܦ ܗܘ ܝܫܘܥ ܘܬܠܡܝܕܘܗܝ ܐܬܩܪܝܘ ܠܗ ܠܡܫܬܘܬܐ , *vocatus est autem et Jesus et discipuli ejus ad nuptias*, Io. 2, 2 ; ܐܚܕܗ ܠܬܡܗܐ ܠܡܠܟܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ ܥܠܝܗ ܥܠ ܗܕܐ , *occupavit stupor regem Persiæ hac de re*, Iac. Sar. chr. 85, 15.

91. Pronomen suffixum adiectum substantivo quandoque sensum denominativum format : ܐܝܟ ܦܪ̈ܚܬܐ ܘܕܚ̈ܝܘܬܐ ܘܐܝܟ ܪܚܫܗ̇ ܕܐܪܥܐ *ad instar volucrum et quadrupedum et reptilium terræ*, Philox. chr. 131, 15 ; ܘܚܙܐܘܗܝ ܠܗܘ ܕܫܐܕܘܗܝ : ܟܕ ܠܒܝܫ ܘܡܢܟܦ ܘܝܬܒ Mrc. 5, 15, *et viderunt demoniacum, vestitum et modeste se habentem, ac sedentem.* (Comp. chr. 45, 15).

92. Pronomen suffixum sæpe usurpatur cum particula ܠ post verba ad exhibendum fere sensum reflexivum, quin tamen plerumque ad hunc attendatur : ܗܘܐ ܐܢܐ ܠܝ ܕܓܠܐ ܐܟܘܬܟܘܢ *ero similis vobis mendax*, Io. 8, 55 : ܐܙܠܘ ܠܗܘܢ ܒܬܪܗ ܣܒܪܘ ܠܗܘܢ ܓܝܪ ܕܠܩܒܪܐ ܐܙܠܐ ܠܡܒܟܝܐ *iverunt post eam, cogitaverunt enim quod ad sepulcrum iret ad plorandum*, Io. 11, 31.

Ceterum sensus reflexivus interdum exprimitur per formas *ethp'el* etc : sæpius vero per nomina ܢܦܫܐ vel ܩܢܘܡܐ pronomine suffixo donata : ܐܣܝܐ ܐܣܐ ܢܦܫܟ *medice cura teipsum*, Luc. 4, 23 ; ܘܚܠܦܝܗܘܢ ܐܢܐ ܡܩܕܫ ܐܢܐ ܢܦܫܝ *et ego pro eis sanctifico meipsum*, Io. 17, 19 ; ܘܐܦ ܩܢܘܡܝ ܐܫܠܡ ܠܝ ܚܠܦ ܢܦ̈ܫܬܟܘܢ , 2. Cor. 12, 15 *et etiam meipsum dabo pro animabus vestris.*

93. Notandum nomen ܐܢܫ quod sæpe adhibetur pro *aliquis* : ܐܠܐ ܟܒܪ ܐܢܫ ܢܐܡܪ *sed forte quis dicat*, Bardes. chr. 29, 7 ; ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܐܢ̈ܫܝܢ ܕܝܘܚܢܢ ܩܡ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝ̈ܬܐ , Luc. 9, 8, *dicebant quidam, quia Ioannes surrexit a mortuis.* — Item ܐܢܫ ܠܐ vel ܠܐ ܐܢܫ *nemo.* — *Aliquis, aliquid* etc. sensu partitivo, exprimitur per ܡܢ cum suffixo : ܡܢܗܘܢ ܕܝܢ ܡܫܬܥܝܢ . ܡܢܗܘܢ ܡܣܝܒܪܝܢ . ܡܢܗܘܢ ܡܪ̈ܝܪܐ ܠܡܢܗܘܢ ܛܒ̈ܐ . ܠܡܢܗܘܢ ܚܟܝ̈ܡܐ

ܘܠܡܢܗܘܢ ܡܫܥܒܕܐ *et ex eis aliquos fecit reges, alios subditos ; et aliquos dominos, alios servos ; aliquos divites, alios pauperes*, Io. Dar. chr. 64, 14.

94. Quoad verba hæc notanda sunt.

Præteritum interdum futuri perfecti vim habet : ܘܐܢܐ ܡܐ ܕܐܬܬܪܝܡܬ ܡܢ ܐܪܥܐ ܐܓܪܘܫ ܟܠܢܫ ܠܘܬܝ Io. 12, 32, *et ego cum exaltatus fuero a terra attraham omnem hominem ad meipsum* : ܫܒܘܩܝܗ̇ ܐܦ ܗܕܐ ܫܢܬܐ . . . ܘܐܢ ܥܒܕܐ ܦܐܪܐ : ܘܐܠܐ ܠܫܢܬܐ ܠܐ ܚܝ ܬܦܣܩܝܗ̇ Luc. 13, 9, *dimitte illam et hoc anno . . . et si quidem fecerit fructus ; si autem forte non viguerit* (*non vira*), *succides eam* ; ܐܠܐ ܐܢ ܚܙܝܬܗ ܦܘܪܩܢܐ ܠܐ ܐܝܬ *nisi eum videro, effugium non est*, Iac. Sar. chr. 82, 27.

Item plusquam perfecti : ܘܐܙܠ ܘܡܟܪܙ ܗܘܐ ܒܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܡܕܡ ܕܥܒܕ ܠܗ ܝܫܘܥ Luc. 8, 39, *et abiit et prædicabat per universam civitatem quod fecerat ei Jesus* : ܢܓܝܪܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܓܝܪ ܠܐܝܠܝܢ ܣܟܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܠܗܕܐ ܕܥܒܝܕܐ ܡܢ ܝܘܠܝܢܘܣ ܐܢܛܝܘܟܝܐ *a longo quidem tempore expectabant antiocheni rem hanc quæ per Julianum effecta fuerat*, Iul. chr. 141, 5.

In verbis quæ qualitatem vel statum rei exprimunt adhibetur perfectum etiam pro præsente : ܝܘܡܢܐ ܣܬܘܐ ܗܘ ܣܡܩ ܓܝܪ ܫܡܝܐ ܟܡܝܪܐܝܬ Mt. 16, 3, *hodie tempestas erit, rubet enim cælum triste.*

Sæpe præteritum vel imperfectum post aliud verbum stant pro infinitivo vel supino : ܘܫܕܪ ܩܛܠ ܠܛܠܝܐ ܟܠܗܘܢ ܕܒܒܝܬ ܠܚܡ, Mt. 2, 16, *et misit occidere infantes omnes qui erant in Bethlehem* ; ܘܢܐܬܐ ܢܦܨܝܘܗܝ ܡܢ ܐܝܕܝܗܘܢ *et veniat ad eripiendum ipsum e manibus eorum*. Iac. Sar. chr. 51, 10.

95. Præteritum verbi ܗܘܐ additum participio æquivalet imperfecto : ܢܛܪ ܗܘܝܬ *custodiebam*, ܡܗܠܟ ܗܘܐ *ibat* ; item si adiicitur imperfecto : ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܢܫܟܚܘܢ ܗܘܘ ܠܚܡܐ ܠܡܐܟܠ *ita ut non possent panem manducare*, Mrc. 3, 20 : additum præterito perfecto plusquam perfectum format, ܩܛܠ ܗܘܐ *occiderat* ; sæpe tamen invenitur sic adhibitum expletive tantum : ܗܝܕܝܢ ܡܠܟܐ ܚܝܪ ܗܘܐ ܒܠܒܗ ܘܦܩܕ ܐܩܝܡܘܗܝ *tunc rex corde*

garisus est, et vultum exhilaravit; ܚܕܝ ܗܘܐ ܡܠܟܐ ܡܢ ܫܡܥܬܐ ܘܦܐܘܗܝ ܐܢܗܪ ܘܐܡܪ ܠܡܠܟܐ *respondit senex quidam sapiens qui noscebat arcana, dixitque regi*, Iac. Sar. chr. 83, 3, 5.

Præteritum ܗܘܐ in secunda persona præpositum participio, quandoque et adjectivo, imperativum exprimit: ܗܘܝܬ ܡܬܪܥܐ ܥܡ ܒܥܠ ܕܝܢܟ *esto consentiens adversario tuo*, Mt. 5, 25; ܐܦ ܐܢܬ ܗܟܢܐ ܗܘܝܬ ܥܒܕ *et tu fac similiter*, Luc. 10, 37; ܗܘܘ ܗܟܝܠ ܒܣܝܡܝܢ ܚܕ ܠܘܬ ܚܕ ܘܡܪܚܡܢܝܢ *estote autem ad invicem benigni et misericordes*, Ephes. 4, 32.

Post ܠܐ, præteritum ܗܘܐ stat subinde pro præsente: ܘܠܐ ܗܘܝܬ ܒܠܚܘܕܝ ܕܐܒܐ ܥܡܝ ܗܘ *et non sum solus quia Pater mecum est*, Io. 16, 32; ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܫܦܝܪܐ ܕܢܣܒ ܠܚܡܐ ܕܒܢܝܐ ܘܢܪܡܐ ܠܟܠܒܐ Mrc. 7, 27, *non est enim bonum quod sumamus panem filiorum et proiiciamus canibus.*

96. Imperativus vetans redditur per imperfectum: ܠܐ ܬܣܝܡܘܢ ܠܟܘܢ ܣܝܡܬܐ ܒܐܪܥܐ *nolite thesaurizare vobis thesauros in terra*, Mt. 6, 19. Item per imperfectum exprimitur imperativus in tertia persona, et in prima plurali: ܢܗܘܐ ܡܠܬܟܘܢ ܐܝܢ ܐܝܢ ܘܠܐ ܠܐ *sit sermo vester sic sic, et non non*, Mt. 5, 37; ܩܘܡܘ ܢܐܙܠ ܡܟܐ *surgite, eamus hinc*, Io. 14, 31.

97. Participium interdum stat pro futuro: ܩܐܡ ܐܚܘܟ *resurget frater tuus*, Io. 11, 23; ܫܪܐ ܐܢܐ ܗܝܟܠܐ ܗܢܐ *ego dissolvam templum hoc*; ܘܝܡܐ ܒܚܝܘܗܝ ܒܝܕ ܟܪܘܙܘܗܝ. ܕܠܐ ܩܛܠ ܐܢܐ ܘܠܐ ܫܒܐ ܐܢܐ ܘܠܐ ܡܚܪܒ ܐܢܐ *et vitam suam juravit, per præcones: quod non occidam, non captivos faciam, non vastabo*, Iac. Sar. chr. 82, 12.

